

DE VIRTUTIBUS

CARDINALIBUS

(cf. Wirceburgenses, Vol. VIII.)

SUPPONO I

SUPPONC, I

DEFINITIO VIRTUTIS: est bona qualitas mentis qua recte vivitur et qua nemo male utitur. Et haec est virtus absolute dicta. Si omittitur ultima pars: "qua nemo male utitur", habebitur virtus secundum quod.

DIVISIO:

Virtus acquisita: per frequentatos actus generatur et dat facile posse.

Virtus infusa: quam Deus in nobis, sine nobis operatur, et dat simpliciter posse.

Infusa per se: nullis naturae viribus acquiri potest.

Infusa per accidens: generari potest per actus frequentatos, sed de facto infunditur a Deo v.g. dicitur de S.Thoma quod probabiliter habebat scientiam theologicam infusam per accidens.

SUPPONO II

SUBJECTUM VIRTUTIS: Id nempe in quo est virtus. Est intellectus vel voluntas vel appetitus inferior.

Intellectus perficitur virtute ad attingendum verum;

Voluntas, ad bonum honestum, i.e. id quod naturae rationali qua rationali congruit, vel absolute, vel supposito tali statu vel talibus adjunctis.

Appetitus inferior: ad oboediendum rationi vel voluntati.

Ad rationes in contrarium allatas ab auctore, (Lessio) cf Wirz).

Resp: in quantum hic appetitus inferior oboedit rationi, N.

in quantum consideratur secundum se, C,

SUPPONO III

Virtutes absolute dictae dividuntur in:

THEOLOGICAS et MORALES.

THEOLOGICAE versantur circa Deum;

MORALES, immediate circa ceteras res. *cf. W. in .p. 279*

Inter morales, quatuor vocantur a DD. et PP.

CARDINALES seu principales, quibus ceterae omnes sunt

adnexae: 1) PRUDENTIA

2) JUSTITIA

3) FORTITUDO

4) TEMPERANTIA.

Rationes hujus appellationis (cardinales) sunt:

- a) quia illae quatuor possunt accipi ut generales quaedam rectitudines quae in omni virtute reperiri debent ac proinde totam vitam dirigunt.
- b) quia possunt accipi ut speciales virtutes quae versantur circa praecipuum in unaquaque materia, i.e. prudentia, in praecipiendo; justitia, in respectu ad alterum; fortitudo in superandis et tolerandis; temperantia, in moderandis. Commendatur in Libro Sapientiae VIII, 7 et apud PP.

THESIS Ia. (LVIIa)

PRUDENTIA A VIRTUTIBUS MORALIBUS DISTINGUITUR.

PRUDENTIA: (prae videre, a porro, vidento)

- a) Improperie sumpta: significat notitiam veri praesertim in recte vivendum pertinentis. Comprehendit fidem et theologiam et in Scriptura sacra saepe vocatur SAPEENTIA.
- b) Proprie sumpta: significat virtutem intellectus, proxime morum ac praeinde omnium aliarum virtutum directricem. Vocatur in Evangelio: "Oculus" et "Lucerna corporis".

DEFINITIO: virtus intellectus qua in quovis negotio occurrente, novimus quoddam honestum sit, quid turpe.

Virtus: quia ita dirigit in medium omnes virtutes voluntatis, ut hae ab ipsa prudentia rationem virtutis accipiant.Virtus intellectus: QUIA EST notitia certa. Unde supponit sufficientem rei considerationem; excludit omnem irrationabilem formidinem sed non ignorantiam invincibilem nec conscientiam perplexam, quia tunc formido non est irrationabilis.Quia novimus in quovis negotio occurrente: quia prudentia in singulis actionibus liberis totius vitae determinat circumstantias loci, temporis, modi etc. necessarios ad honestatem.Quid honestum: vide Suppono II: "Bonum honestum est id quod rationali naturae congruit vel absolute, vel supposito tali statu, talibus adjunctis".

Honestum in singulis actionibus est: objectum, effectus et finis prudentiae.

Objectum: quod consideratur priusquam existat.Effectus: quia prudentia dirigit voluntatem ut actum honestum eligat, et facultates excentricas ut illud exequatur.Finis: quia prudentia est practica (non speculativa)

Quid turpe: 1) quia virtutis est tendere in bonum et fugere malum.

2) quia eadem est scientia contrariorum.

Ex hic omnibus sequitur quod actus proprius prudentiae est JUDICIUM PRACTICUM (in ordine ad praxim factum)

A VIRTUTIBUS MORALIBUS DISTINGUITUR: sumuntur hic ut elicitive morum et sunt justitia, fortitudo, temperantia et virtutes his annexae, nam prudentia etiam moralis est virtus sed diffectiva morum.

SENSUS THESOS: Prudentia non est elicitiva, sed directiva.

NOTA: Thesis est VERTA.

PROBATUR:

Virtus quae pertinet ad intellectum practicum et dirigit omnes virtutes morales, ab his distinguitur.

ATQUI prudentia....

ERGO distinguitur....

MAJOR: quia virtutes morales pertinent ad appetitum.

MINOR: 1) pertinet: ex praenot.

2) dirigit: ex praenot.

DIFFICULTAS.

Prudentia respicit bonum sub ratione boni.

Ergo non sub ratione veri.

Ergo non est in intellectu (in voluntate)

Dist. ant: bonos mores, eliciendo, N.
dirigendo, C.

6
De prudentia.

Exam 23

THESIS IIa (LVIIa)

PRUDENTIA AB ALIIS VIRTUTIBUS INTELLECTUS DISTINGUITUR.

VIRTUTES INTELLECTUS: (seu quae subjectuntur in intellectu) sunt:

- a) sapientia: quae cognoscit verum per altissimas causas;
- b) intellectus (seu habitus principiorum) i.e. ego habitualiter intelligo principis;
- c) scientia, quae cognoscit verum in aliquo genere, per ultimum cognoscibile in eodem genere, i.e. ultimum cur;
- dd) ars: quae est recta ratio faciendorum;
- e) theologia: quae est scientia de Deo rebusque divinis ex articulis fidei derivata.

SENSUS THESEOS: patet.

NOTA: CERTA:

PROBATUR:

1) Prudentia differt a sapientia quia est practica et supponit affectum ordinatum.

2) Prudentia differt ab intellectu et a scientia, quia versatur circa particularia et supponit affectum ordinatum.

3) Prudentia differt ab arte, quia est recta ratio agendorum non faciendorum.

4) Prudentia differt a fide et a theologia:

a) quia est practica, b) quia immediate dirigunt actiones nostras, c) quia supponit affectum ordinatum simpliciter et non tantum ordinatum circa auctoritatem Dei, ut fides.

Tamen, prudentia supernaturalis supponit fidem ut patet, et convinit cum theologia, quia ambae supponunt fidem et cognitionem multarum veritatum naturalium.

7
De fortitudine. *Quam 24*

THESIS IIIa (LVIIIa)

FORTITUDO EST VIRTUS SPECIALIS; EJUS OFFICIUM EST
MODERARI TIMORES ET AUDACIAS.

FORTITUDO: potest sumi: 1) pro firmitate animi in bono
honesto et sic est virtus generalis (i.e. se exten-
dens ad omne objectum honestum,) vel saltem con-
ditio omnis virtutis in gradu heroico.

2) pro firmitate animi in terri-
bilibus sustinendis vel repellendis juxta rectam ratio-
nem, v.g. pericula mortis.

Et tunc definitur ab Augustino:

"Considerata periculorum susceptio et laborum
perpassio".

CONSIDERATA: nempe amore fortitudinis, quia si amore v
vitii vel alius virtutis, opus elicited vitiosum
erit vel alius virtutis.

OBJECTUM FORMALE FORTITUDINIS: est specialis illa ho-
nestas quae relucet in sustinendis et repellendis ter-
ribilibus juxta rectam rationem.

VIRTUS SPECIALIS: i.e. ab aliis distincta. Si qua alia
virtus faciat opera fortitudinis illa facit imperando
fortitudini.

OFFICIUM: sunt operationes.

MODERARI TIMORES: ne timor cogat ad indecorum, vel non
cogat ad rationabilem fugam mali.

MODERARI AUDACIAS: i.e. audaciam excitare ad repul-
sam mali et cohibere contra temeritatem.

N.B. TRISTITIAM etiam moderari ad fortitudinem pertinet
ne quis nimium se affligi permittat quando malum
superare nequit. Unde:

MATERIA PROXIMA et immediata fortitudinis: sunt: Timor
audacia, tristitia.

MATERIA REMOTA et mediata: sunt actiones externae a
fortitudine dirigendae.

MATERIA REMOTISSIMA: sunt ipsa pericula.

Fortitudo maxime apparet in periculo mortis, nam q
qui fortis in hoc periculo erit etiam fortis in aliis
sed non e converso.

Fungitur officiis suis excitando has considerationes:

- 1) mortem non esse malum tantum quantum vulgo putatur,
- 2) melius est gloriose mori, quam ignominiose vivere

Pars 1a

PROBATUR: (virtus specialis)

Bona qualitas mentis qua recte vivitur et nemo male utitur et quae habet objectum speciale est virtus specialis.

ATQUI fortitudo est talis qualitas.

ERGO fortitudo est talis virtus specialis.

MAJOR: ex Suppono I

MINOR: 1a et 2a ex praenotandis.

3a habet objectum speciale: a via sustinere et repellere terribilia quia praecise juxta rectam rationem est hoc facere, est speciale objectum;

Pars 2a. (Ejus officium)

PROBATUR:

Officia virtutis qua repelluntur et sustentur terribilia sunt moderari timores et audacias.

ATQUI fortitudo est talis virtus.

ERGO officia fortitudinis sunt moderari timores...

MAJOR: quia peculiaris difficultas in his est defectus audaciae et excessus timoris impellentis ad fugam indecoram periculi; et excessus audaciae et defectus timoris impellentis ad irrationabilem aggressum.

MINOR: probatum est in prima parte et ex praenot.

9. *Sam 24*
De temperantia.

THESIS IVa (LIXa)

1) TEMPERANTIA EST VIRTUS SPECIALIS 2) ET CARDINALIS; 3) EJUS OFFICIUM EST MODERATE SE HABERE PRIMARIO IN VOLUPTATIBUS TACTUS, SECUNDARIO IN OBLECTIONE ALIORUM SENSUUM.

TEMPERANTIA: dicitur dupliciter.

1) Virtus in omni actione humana refrenans affectum, ab hic quae ipsum contra rationem alliciunt Et sic non distinguitur ab aliis virtutibus.

2) Virtus refrenans appetitum in maximis delectationibus. Maximae autem delectationes sunt corporales; nam spiritualis, i.e. quae sequuntur operationem mentis vel phantasiae, minus vehementer alliciunt quam corporales, et moderatio circa illas non nisi metaphorice dicitur temperantia.

DELECTATIONES autem CORPORALES capiuntur per sensus externos, et inter has, vehementissimae sunt delectationes tactus, i.e. in cibo, potu et venereis quia haec sunt maxime necessaria ad conservationem individui et speciei.

Unde temperantia versatur primario in moderandis voluptatibus tactus; secundario in moderandis voluptatibus aliorum sensuum in quantum eorum objecta iritant ad voluptatem tactus.

MATERIA PROXIMA temperantiae: sunt appetitiones et delectationes tactus.

MATERIA REMOTIOR: externus usus delectabilium horum

MATERIA REMOTISSIMA: ipsa objecta delectabilia.

(cibus, potus, mulier)

CARDINALES: ex Suppono III; ex ratione.

NOTA: Temperantia est optima dispositio ad sanctas cogitationes et sancta desideria ex quibus omnes reliquae virtutes procedunt.

SENSUS THESEOS: Temperantis secundo sensu sumpta est specialis virtus.

Pars 1a (specialis)

PROBATUR:

Bona qualitas mentis qua recte vivitur, qua nemo male utitur et quae habet objectum speciale, est virtus specialis.

ATQUI ita temperantia:

MAJOR: ex definitione.

MINOR: 2a et 1a ex praenot.

3a objectum speciale: quia honestas in moderandis juxta rationem, voluptatibus tactus, est objectum speciale.

Pars 2a (cardinalis)

PROBATUR:

Virtus quae versatur circa praecipuum in moderandis voluptatibus tactus est virtus cardinalis.

ATQUI ita temperantia.

MAJOR: ex Suppono III

MINOR: quia versatur circa praecipuum in materia.

Pars 3a.

PROBATUR:

Temperantia est virtus refrenans appetitum in maximis delectationibus.

ATQUI talis virtutis officium est moderate se habere, primario in voluptatibus tactus et secundo in delectatione aliorum sensuum.

ERGO officium temperantiae....

MAJOR: ex definitione temperantiae.

MINOR: 1a pars: quia ex praenot. voluptates tactus, cibo, potu et venereis, sunt maximae.

2a pars: quia objecta aliorum sensuum aliquando incitant ad voluptates tactus.

DIFFICULTATES.

1- Maximae delectationes sunt spirituales.

quoad se, C. quoad nos, N.

2- Temperantia repugnat inclinationi naturae.

inordinatae, C. ordinatae, N.

3- Virtus versatur circa bonum morale.

Atqui temperantia versatur circa delectationes maximae quae non sunt bonum morale.

C. Maj; N. mon.

FINIS.

-1-

THESIS I

VIRTUS RECTE DEFINITUR HABITUS OPERATIVUS
BONUS.

S.Th.1-2,55;P.VIII,1-6;W.t.8,App.1-2

VIRTUS in genere idem est ac perfectio potentiae, sed hic attenditur speciatim virtus humana, seu perfectio potentiae humanae in ordine ad opus suum proprium, i.e. actus humanos (de quibus S.Th.1-2,6-48)

HABITUS = qualitas primae speciei difficile mobilis, seu "dispositio secundum quam bene vel male disponitur dispositum aut secundum se aut ad aliud". (Arist.-S.Th.1-2,49-54).

OPERATIVUS = qui magis ad agere quam ad esse ordinem importat.-S.Th.1-2,49,3.

BONUS = qui secundum se convenit naturae subjecti et ordinat illud ad opus illius naturae conveniens. S.Th.1-2,54,3.

ADVERSARII : qui negant distinctionem boni et mali moralis.

NOTA: CERTA.

PROBATUR:

Virtus recte definitur per genus proximum et differentiam ultimam;

Atqui virtutem definiri habitum operativum bonum est virtutem definiri per genus proximum et differentiam ultimam; Ergo.....

MAJ.: ex dialectica: haec est definitio realis essentialis optima.

MIN.: Nam,

1) virtus humana cum sit perfectio potentiae quae diversis modis commensurari potest ad opus suum, est habitus:

2) cum virtus magis ad agere quam ad esse ordinem importet, est habitus operativus;

3) cum habitus dicantur boni vel mali secundum ordinem quem habent ad naturam, i.e. secundum quod naturae conveniunt vel ab ipsa disconveniunt, seu secundum quod ordinant ad actum convenientem naturae agentis, vel ad actum ei disconvenientem, et cum virtus cujuscumque rei dicitur in ordine ad bonum, virtus humana quae est habitus operativus, est "bonus habitus et boni operativus".

Unde virtutis supremum genus est qualitas, genus remotum est habitus, genus proximum est habitus operativus, et differentia specifica in eo est quod sit habitus "bonus et boni operativus". S.Th. 1-2, 55.

DIFFICULTATES: S.Th. 1-2, 55, 1-3.

THESIS II.

VIRTUTES ALIAE SUNT INTELLECTUALES, ALIAE MORALES, ALIAE THEOLOGICAE.

S.Th. 1-2, 57, 58, 62.

VIRTUS = habitus operativus bonus.

INTELLECTUALIS = virtus perfectiva intellectus speculativi vel practici ad bonum hominis actum.

MORALIS = virtus perfectiva appetitivae partis ad bonum hominis actum (mos = inclinatio ad agendum, quae maxime in facultate appetitiva attenditur). S.Th. 1-2, 57.

THEOLOGICA = quae Deum habet pro objecto prout.

nostrae rationis cognitionem excedit, quae a solo Deo nobis inauditur et sola revelatione traditur.

ADVERSARIII IIAe Partis: Socrates, qui posuit omnes virtutes esse prudentias.

ADVERSARIII IIIae Partis: qui religionem supernaturallem negant.

NOTA: CERTA.

Ia Pars: SUNT VIRTUTES INTELLECTUALES.

PROBATUR:

Admittendae sunt in homine bonae habituales dispositiones intellectus speculativi et practici;

Atqui hae sunt virtutes intellectuales;

Ergo, sunt virtutes intellectuales.

MAJ.: quia tum intellectus speculativus tum intellectus practicus hominis diversis modis commensurari possunt ad operationem suam, i.e. bene vel male. Bene disponunt intellectum speculativum sapientia, scientia et intellectus principiorum; bene disponunt intellectum practicum prudentia et virtutes huic adjunctae: eubulia, synesis (secundum principia communia) et gnome (secundum principia altiora).

MIN.: quia bonae dispositiones intellectus speculativi saltem faciunt facultatem bene intelligendi (virtutes sunt sensu saltem inchoativo); bonae dispositiones intellectus practici, quippe quae suppleant tectam voluntatem, faciunt etiam bonum usum facultatis (virtutes sunt sensu pleno). - S. Th. 1-2, 57, 1.4.

2a Pars: SUNT VIRTUTES MORALES AB INTELLECTUALIBUS DISTINCTAE.

PROBATUR:

Ad hoc ut homo bene agat, requiritur non solum rationem bene disponi per habitum, sed etiam vim appetitivam;

Atqui si ita est,....

Ergo.....

MAJ.: quia pars appetitiva obedit rationi non omnino ad nutum, sed cum aliqua contradictione: "ratio imperat appetitivae principatu politico". Unde ad bene agendum non sufficit bona dispositio intellectus sed omnino requiritur bona dispositio appetitivae facultatis.

MIN. quia sicut appetitus distinguitur ratione, ita bonus habitus intellectus a bono habitu voluntatis. S.Th.1-2, 58, 2.

3a Pars: SUNT VIRTUTES THEOLOGICAE AB INTELLECTUALIBUS ET MORALIBUS DISTINCTAE.

PROBATUR:

Admittendum est illud sine quo ratio et voluntas humana non sufficienter ordinantur ad Deum ut objectum beatitudinis supernaturalis;

Atqui hujusmodi sunt virtutes theologicae ab intellectualibus et moralibus virtutibus distinctae.

Ergo.....

MAJ.: quia in praesenti Providentiae ordine Deus est objectum beatitudinis supernaturalis per rationem et voluntatem humanam attingendus: debent igitur ratio et voluntas humana a Deo providentissimo sufficienter ordinari ad talem finem supernaturalem.

MIN.: quia beatitudo supernaturalis est beatitudo naturam humanam excedens ad quam homo non potest sufficienter ordinari per solas virtutes intellectuales et morales quae homini secundum naturam conveniunt, sed omnino requiruntur virtutes quae secundum se supra naturam hominis sint, nempe theologicae: fides, quantum ad intellectum, spes et caritas quantum ad voluntatem. - S.Th.1-2, 62, 1-3.

DIFFICULTATES legant apud S.Th.11.c.....

THESIS III

MORALES VIRTUTES PLURES SUNT, JUSTITIA NEMPE,
FORTITUDO ET TEMPERANTIA.

S. TH.1-2,59-60.

VIRTUS= habitus operativus bonus.

Passio : matus facultatis appetitivae

VIRTUS MORALIS= virtus perfectiva appetitivae
partis ad bonum gominis actum.

JUSTITIA= "habitus secundum quem aliquis dicitur
operativus secundum electionem justitiae". Arist.
(ubi justum= id quod unicuique debetur).

FORTITUDO= "considerata periculorum susceptio
et laborum perpessio". Tullius.-i.e.virtus cohibi-
tiva timorum et audaciorum moderativa: "sustine.

TEMPERANTIA= "rationis in libidinem atque alios
non rectos impetus animi firma et moderata domi-
natio"- Tullius.-"abstine".

NOTA: CERTA et COMMUNIS.

PROBATUR:

JUSTITIA, fortitudo et temperantia

- a) sunt virtutes,
- b) morales,
- c) invicem distinctae.

Ergo.....

ANTEC.Ia et IIa p.: evidens.

IIIa Pars: quia unaquaeque earum ad speci-
alem materiam determinatur:

-justitia ad id quod unicuique debetur ope-
randum

fortitudo ad iniores et audacias moderandas
-temperantia ad concupiscentias et delecta-
tiones moderandas.
CONS.evidens.

DIFFICULTATES legant apud S.Th.II.cc.

Corollarium. RECTE QUATUOR ENUMERANTUR PRINCIPALES
SEU CARDINALES VIRTUTES: PRUDENTIA, JUSTITIA,
FORTITUDO ET TEMPERANTIA. S.TH.I -2,61.

PRINCIPALES seu CARDINALES VIRTUTES= quae

a) non secundum inchoatam, sed secundum
perfectam rationem virtutis dicuntur virtutes, et
quae

b) generalitate sua et materiae suae principa-
litate ita supra omnes reduci possint.

PRUDENTIA= "recta ratio agibilium (seu actuum hu-
manorum) dum ars dicitur recta ratio factibilium".
S.Th.I-2, 57,4.

(Prudentia, licet non secundum se perficiat appe-
titivam partem, sicut justitia, fortitudo et tempe-
rantia, eum tamen eatenus perficit quatenus non
nisi actus bonos appetitivae regit, unde et ipsa
virtus moralis dici potest, non secundum formam
suam talis sed secundum materiam. non strictissi-
me sed minus stricte loquendo).

NOTA: CERTA et COMMUNIS.

PROBATUR:

Illae recte enumerantur ut principales seu car-
dinales virtutes quae verae sirtutes sunt et ad quas
reducuntur omnes ceterae virtutes morales;

Atqui prudentia, justitia, fortitudo et tempe-
rantia.....

Ergo.

MAJ.: videns.

MIN.: 1a p. "verae virtutes sunt."
patet per se.

MIN.: 2a p.: "ad eas reducuntur omnes ceterae."

Probatur:

Omnium virtutum moralium (ut verae virtutes sunt) principium formale est rationis bonum (seu bonum rationalis naturae ut talis); porro bonum rationis dupliciter considerari potest: uno modo secundum quod in ipsa consideratione rationis consistit, alio modo secundum quod circa aliquid ponitur ordo rationis, et hoc, vel circa operationes (actus humanos ipsos) vel circa passiones, considerata repugnantia ipsarum ad rationem, quae quidem dupliciter esse potest:

a) Uno modo secundum quod passio impellit ad aliquid contrarium rationi.

b) β alio modo secundum quod passio retrahit ab eo quod ratio dicat.

Atqui, si ita est, ad prudentiam, justitiam fortitudinem et temperantiam reduci possunt omnes virtutes morales....

Ergo....

Maj.: Evidens per se.

Min.: Quia

1) Omnis virtus quae facit bonum in consideratione rationis est prudentia

2) Omnis virtus quae facit bonum rationis (bonum debiti et recti) in operatione est justitia.

3) Omnis virtus quae ponit ordinem rationis circa passiones retrahentes ab eo quod ratio dicat est fortitudo.

4) Omnis virtus quae ponit ordinem rationis circa passiones impellentes ad aliquid contrarium rationi est temperantia.

S.Th. 1-2, 61, 2, 3.

DIFFICULTATES: legant in S.Th. 11.c.

Thesis V.

Existit virtus supernatur alis Fortitudinis.

Pesch, 9, 49-110; S. Th., 2a-2ae, 912.5 sqq; Dict. Theologiae
art. Force, Wirc., 8, no 46 sqq.

Fortitudo=Io Sacra Scriptura saepe adhibet voces "fortitudo" vel "fortis" in sensu roboris
physici (Jud. 16, 5, 6, 9 etc).

IIo sed sensu formali et theologico, est
virtus cardinalis cohibitiva timorum et
audaciorum moderativa.

Dupliciter accipit a Sto. Thoma (1-2, 123
2) in hoc ultima acceptione:

a) Pro firmitate animi in bono honesto,
et sed in hoc est generalis virtus, vel
potius conditio cujuslibet virtutis.

Pesch hanc definit: "Ea conditio omnis
verae et perfectae virtutis, qua quis
spretis et superatis iucundis vel acerbis
quibus incitatur ad relinquendam virtutem
se continet in officio.

b) Pro firmitate animi in sustinendis et
repellendis his in quibus maxime difficil-
le est animum regere et statum rationis
retinere, ut sunt pericula mortis. Et sic
fortitudo ponitur virtus specialis utpote
materiam determinatam nobens. De hac in the-
si quaedam definitione sequuntur:

Greg de Valentia: "Virtus per quam animus
recta se habet ergo ea quae sunt acerba
et terribilia et, ut talior, possunt de-
terrere ab officio consentaneo rectae
rationis".

Pesch: "Virtus qua appetibus irascibilis
ita confortatur, ut homo a bono honesto
prosequendo non desistat vel propter ma-
xime pericula vitae temporalis".

Augustinus (ex Tullio): "Fortitudo est con-
siderata periculorum susceptio et laborum

perperissio (83 quaest. , q. 31, n. 1-M.L. 40, 21).

Nota. Unde 2o objectum formale hujus specialis virtutis est firmitas in bono honesto. Etenim quia in gravissimis periculis est specialis difficultas permanendi in bono, a quo ista pericula deterrent hominem, ideo firmitas contra haec pericula virtuti attribuitur; nam in tanta firmitate cernitur specialis honestas merito appetenda. Cf. Wire, no 47. (P. 57 sq).

2 Pericula sunt materia remoto hujus virtutis. Notandum est tamen non quaecumque pericula consistuere materiam vere propriam hujus virtutis, sed maxime mala et quidem quae possunt deterrere hominem a bono honesto prosequendo; et ideo S. Thomas, (2-2, 123, 4) et theologi post ipsum dicunt virtutem fortitudinis versari circa timores periculorum mortis, quia maxime terribile inter omnia corporalis mala, quae tollit omnia corporalia bona. Praeteres illa pericula mortis debent imminere ex hoc quod honesto in prosequendo bono honesto, quod theologi exprimunt dicendo fortitudinem consistere circa pericula mortis quae sunt in bello. (ad explicationem hujus verbi, cf. omnino S. Th., 2-2, 123, 5; vel Pesch 51-52).

Igitur pericula mortis quae imminant ex aegritudine, vel tempestate maris vel similibus non sunt materia remota propria fortitudinis quia non imminant ex hoc quod homo prosequitur bonum honestum.

30. Materia immediate proxima sunt affectus appetitus irascibilis, i.e. timor, et irascibilis, et moderatio
materia mediate proxima sunt actus externi
 quia virtus quae in voluntate residet, studet sui similitudinem imprimere inferioribus facultatibus appetivis et actionibus eosque convenientes reddere habitu virtutis (2-2, 123, 7).

SUPERNATURALIS, i.e. prudentia a Deo infusa, et fide, spe et caritate informata quae confortat appetitum irascibilem ita ut homo a supernaturali bono proseguendo non desistat vel propter maxima pericula vitae temporalis.

EXISTIT. Clare eruitur ex Fontibus Theologicis talem virtutem pertinere ad oeconomiam salutis.

ADVERSARIUM. Idem ac in thesi praecedenti.

NOTA. De Fide Catholica.

PROBATUR Ex Sacra Scriptura. It 10¹⁷ sqq; Heb 11³⁶
 19. sqq. Cf.; Cor 1, 27; Ps. 17, 2; Jer 16

Ex Patribus: Aug. 83 Quaest. q 61, 4; M. L. 40. 51
 Ambrosius, De Off. 1. i, c. 41, n. 201; M. L.
 Cyprianus, Ep. cod. Mar. 10. (16, 83).
 3) Ratione convenienti.

Objectum fortitudinis supernaturalis est
 diversum ab objecto virtutis naturalis.

Ergo fortitudo supernaturalis est diversa
 a fortitudine naturali, seu Existit virtus
 supernaturalis fortitudinis.

Major stat ex philosophia.

Minor: Objectum virtutis potest considerari
 sive ut ratio formalis sub qua attingit

suum terminum, sive ut materia circa quam exercetur virtus. Jamvero ratio formalis sub qua fortitudo supernaturalis attingit suum terminum est eus supernaturalis, quod est extra objectum formale fortitudinis naturalis; et materia circa quam exercetur licet aliquando sit eadem et pro fortitudine supernaturali (ut supra dictum est), tamen in actibus vere propriis fortitudinis supernaturalis, v.g. circa virtutes theologicas et praecepta revelata, ne attingitur quidem fortitudine naturali.

Scholion Fortitudine supernaturalis non operatur ut fortitudo naturalis. Haec quidem dat facultatem et facilitatem seu promptitudinem agendi; illa e contra confert tantum potentiam expeditam ponendi actum fortitudinis supernaturalis. Ratio illius differentiae in hoc invenitur quod fortitudo supernaturalis completur per donum fortitudinis et insuper ex ipsa virtute infusa fortitudinis jus quoddam confertur ad actusalem gratiam sine qua virtus in actum secundum transire nequit. Ad hanc tamen gratiam consequendam homo uti debet debitis mediis et praecipue oratione.

Aligua conclusio practica deduci potest ex hoc quod fortitudo supernaturalis non praestet facilitatem agendi, illa nempe quod habitus acquisiti fortitudinis naturalis multum favere possunt actibus fortitudinis supernaturalis; dum e contra per habitus acquisitos fortitudini contrarios, homo maxime difficultates experiri potest in fortiter agendo supernaturaliter.

SCHOLI ON II

Vitia fortitudini opposita sunt timiditas, intimiditas et audacia. Materia circa quam horum virtutum est timor, quia fortitudo moderatur passionem timoris. Unde:

- 1) Nimius timor deficit a medio virtuti fortitudinis et devenit "timiditas"
- 2) Absentia totalis timoris, ita ut ne moderatus quidem timor habeatur, vocatur intimiditas. In eo consistit quod homo ex errore vincibili aestimat sibi non esse periculosa, quas revera sunt periculosa.
- 3) Aggressio ultra dictamen rationis, ita ut aliquis se temere obicit periculis, non ex defectu timoris, ut intimidus, sed ob superabundantiam passionis, est audacia.
Defectus audaciae reducitur ad timiditatem, sed ut praecise est defectus audaciae, communis vocatur ignavia. Pesch 71-74.

SCHOLION III

Partes integrales fortitudinis supernaturalis specificantur juxta duos actus fortitudinis qui sunt aggredi et sustinere (2-2ae, 123, 3 et 6). Ad aggrediendum, i.e. ut quis prompte et magno animo se accingat ad pericula sustinenda, necessaria est:

- 1^o magnanimitas seu fiducia qua quis sperat se sustinere posse pericula, et
- 2^o magnificentia, qua non deficiat in executione eorum quae magnanimitas inchoavit.

Ad sustinendum vero, i.e. ne difficultate malorum imminentium homo frangatur per tristitiam, sed erectus maneat, necessaria est patientia, et ne diurnitate perpassionum defatigetur ita ut desistat a bono, requiritur perseverantia. Pesch 61, 2a-2ae, 2. 128.

SCHOLIUM IV

Eaedem partes integrales fiunt partes potentiales seu virtutes fortitudini annexae quando difficultates contra bonum supernaturale essentialiter sunt inferiores periculo mortis, et ideo illae virtutes non sufficiunt ad denominandum hominem simpliciter fortem.

Virtutes annexae fortitudini in quantum actus ejus est aggredi:

A) Magnanimitas (2-2ae, 129-130) est promptitudo animi ad magnos virtutum actus ponendos, qui coram Deo sunt magno honore digni.

Ad magnanimitatem pertinet fiducia qua quis firmiter sperat se magna effecturum esse, adjutum Dei donis et auxiliis.

Indirecte ad magnanimitatem refertur securitas (perfecta quies a timore) quatenus depellit desperationem perficiendi magna.

Vitia opponuntur magnanimitati sive per defectum sive per excessum.

"Per defectum", vitium oppositum magnanimitati est pusillanimitas quae est animi dispositio qua quis refugit ea quae viribus sunt proportionata, quia ea putat sibi nimis esse difficilia, cf. Mt. 23.14. sqq. Peccatum veniale vel mortale est secundum gravitatem materiae (2-2ae, 133).

"Per excessum" opponitur magnanimitati:

1^o vitium praesumptionis (2-2ae, 130) quo quis accedit ad agendum illud quod est longe ultra vires ejus. Haec praesumptio non est confundenda cum praesumptione quae est contra spem (Pesch 81);

2^o ambitio (2-2ae, 131) quae est inordinatus appetitus honoris, in quantum honor hic intelligitur quaelibet res externa (les honneurs) quae est testimonium aliquod alicujus excellentiae, ut dignitas politica vel ecclesiastica, tituli magnifici, insignia militaria, vel civilia;

3^o Inanis gloria (2-2ae, 2.132) qui est inordinatus appetitus gloriae, intelligendo gloriam, non per contradistinctionem cum honore, ut notitiam quam alii habent de excellentia alicujus, quae notitia manifestatur per laudem, et divulgatur per famam. Saepo tamen honor et gloria promiscue sumuntur et definiuntur. Cf. Pesch 81-82.

B) Magnificencia (2-2ae, q.134) definitur a Cicerone, ut refert S. Augustinus (83 quæst. 2.31, no 1, M.L. 40, 21): "Rerum magnarum et excelsarum cum animi ampla quadam et splendida propositione cogitatio et administratio." Ergo respicit res magnas faciendas per magnos sumptus. Pesch 89. Est ergo virtus cujus exercitium pertinet ad statum divitum, qui possunt magnos sumptus facere ad magna opera necessarios. Tamen secundum affectum potest etiam esse in pauperibus, quatenus possunt habere voluntatem eos faciendi si magnam pecuniam haberant, et possunt hanc voluntatem exsequi secundum proportionem suarum facultatum. Cf. Mc. 12, 41 seq.

Materia proxima hujus virtutis sunt quaecunque res magnae externae; materia remota sunt sumptus faciendi. Formale objectum est ipsa magnificentia, in quantum honeste appeti potest. Nullus enim finis humanorum operum est adeo magnus sicut honor Dei, et ideo magnificentia praecipue magnam opus facit in ordine ad honorem Dei (exstruendo templum et faciendo alia ad cultum Dei pertinentia) P. 90, 92.

Magnificencia deficit a fortitudine in hoc quod arduum, in quod tendit fortitudo, habet difficultatem propter periculum quod imminet personae; arduum autem in quod tendit magnificentia habet difficultatem propter dispendium rerum, quod est multo minus quam periculum personae. Et ideo magnificentia ponitur pars potentialis fortitudinis." (2-2ae, 134, 4). P. 91.

Duo vitia opponuntur virtuti magnificentiae: unum per excessum est indecora sumptuositas (deficiens sensus decori) quae in eo consistit quod quis in magno sumptu faciendo multum et irrationabiliter excedit proportionem operis; alterum, per defectum, quod a Sto Thoma vocatur parvificentia. Est irrationabilis aversio a sumptibus, praecise ut sunt magni. Parvificus non recusat magnum opus, dummodo parvis sumptibus fieri possit.

Virtutes annexae fortitudini in quantum actus ejus est sustinere.

- 1) Patientia est virtus qua quis mala praesentia ita perferat, ut ex iis non inordinate tristet. Est pars potentialis fortitudinis in quantum mala praesentia patientiae minora sunt malis fortitudinis ex quibus mors imminet.
: Sacra Scriptura frequentissime patientiam commendat: Heb. 10.36; Rom. 5.3 seq; Col. 3.12; I Tim. 6.11; Le 21.19; etc.

Sancti Patres maxime laudaverunt hanc virtutem: v.g. S. Cyprianus integrum librum conscripsit "De bono patientiae". Item S. Augustinus. S. Gregorius Magnus, cf. Posch 99-101.

Patientia proxime respicit passionem tristitiae, quae est vel de absentia bonorum spiritualium et de praesentia malorum spiritualium (Mt. 5.5.; Rom. 9.2), vel ex malis temporalibus, v.g. ex damnis fortunarum, detrimentis famae, malis corporis, etc. Prima est salutaris, dum secunda, nisi per virtutem temperatur, nequaquam est salutaris, sed valde periculosa. Eccli. 30.25; Prov. 25.20; 2 Cor. 7.10.

Unde objectum formale patientiae est honestas moderationis tristitiae in adversis; materia immediata proxima est ipsa passio appetitus irascibilis, materia mediate proxima, actus exteriores quatenus sunt signa tristitiae internae; materia remota, ipsa mala ex quibus tristitia oritur.

Aliquo modo ad patientiam pertinet longanimitas quae est molestia percepta ex dilatione rei expectatae. S. Thomas, quamvis concedat longanimitatem posse referri ad patientiam (2-2ae, 136, 5), tamen videtur tenere illam magis convenire cum magnanimitate. Cf Wire. 108.

S. Thomas non loquitur de vitiis oppositis patientiae. Certe habitus inclinans hominem ad nimis dolendum et tristandum de malis occurrentibus est vitium impatientiae, sed quia plerumque non sistit in solo affectu nimiae tristitiae, sed seducit hominem ad murmurandum, lamentandum, irascendum, etc, vix unquam per solam impatientiam peccatur. Et haec fortasse est ratio cur S. Thomas non loquatur de vitio impatientiae. Pesch 104-105.

De ~~rit~~ gradibus patientiae, qui possunt adjuvare examen particulare! cf. Pesch 102.

- B) Perseverantia est habitus inclinans ad persistendum in exercitio virtutum secundum dictamen prudentiae et ad superandam difficultatem quae ex ipsa diurnitate provenit. - Non est confundenda cum dono perseverantiae quo homo infallibiliter salutem consequitur; de quo infra tractatu de gratia. -

Est pars potentialis fortitudinis quia minus est sustinere difficultatem ex diurnitate operis, quam difficultatem ex periculo mortis.

Objectum formale patientiae est honestas persistendi in bono incepto.

Materia proxima est omnis actus aliarum virtutum quatenus ex diurnitate difficilis est.

Virtus constantiae inadaequate tantum distinguitur a perseverantia. Cf Wire. 113. Sacra Scriptura et SS. Patres nomine patientiae solent etiam perseverantiam et constantiam comprehendere. Neque auctores, neque vulgo servare solent hanc distinctionem.

Vitium quod opponitur per defectum perseverantiae est inconstantia, i.e. inclinatio ad facile mutandum propositum ex taedio diurnitatis. S. Thomas illam vocat "mollitiem animi." (2-2ae, 138, 1).

Vitium quod opponitur perseverantiae per excessum est pertinacia, seu inclinatio ad persistendum in proposito, ubi ratio recta dicat esse desistendum.

SCHOLION V - De MARTYRIO. 2-2ae, q. 124.

Alibi consideratur martyrium, v.g. in theologia fundamentali in quantum est miraculum morale quod possit signare revelationem divinam, et in tractatu de baptismo secundum quod est baptismus sanguinis. Paucis ergo hic addenda ut est actus fortitudinis.

Martyr est qui ex quocumque motivo supernaturalis virtutis poenam mortiferam a tyranno ex odio fidei et vel christianae virtutis inflictam voluntarie acceptat. Unde si martyr ex affectu fidei vel caritatis vel castitatis vel alius virtutis christianae hanc poenam subit, non vero formaliter ex affectu fortitudinis, est haec quidem fortitudo, in quantum est virtus generalis, seu conditio cuiuslibet virtutis in summo gradu perfectae, non vero, in quantum fortitudo est virtus specialis.

Unde ut sit formalis actus fortitudinis requiritur ut martyr hanc firmitatem circa illam materiam ostendat ex motivo honestatis huius actus.... S. Thomas 2-2ae, 124, 2 non dubitat quin in martyrio virtus specialis fortitudinis in actum transeat, ita ut aliae virtutes illum imperent, fortitudo vero eliciat.

In martyrio exercetur potissimum principalis actus fortitudinis qui est sustinere, quod est difficilius ut ait S. Joannes Chrysostomus (In Mat. hom. 8, no 4, M.L. 58: 756). Hoc ita verum est ut si quis via persecutoris vi repelleret ad se defendendum, esset quidem actus justus et meritorius, nec tamen vocari posset martyrium. Et haec est ratio cur ne illa quidem aggressio permittebatur Christianis ut tempore persecutionis ad martyrium se offerrent, sed potius injungebantur ut se absconderent vel fugam caperent, nisi talis "fuga" fuisset aequivalens negationi fidei et virtutis, vel occasio majoris mali. Item qui in bello contra fidei hostes pugnantes ceciderunt, licet pro fidei causa mortui sint, tamen nunquam Ecclesia eos ut martyres coluit (contra Billuart, Sylvium et alios).

Præcipue ad martyrium tolerandum datur supernaturalis fortitudo. Cum paucis tantum martyrium subeundum sit, non est credendum hunc habitum inutiliter infusum esse omnibus. Nam, præterquam quod omnes debent esse animæ parati ut mortem subeant potius quam fidem vel virtutem deserant, adsunt multae aliae occasiones in quibus a Christiano exigitur ut cum periculo mortis officio suo fungatur.

THESIS VIa

EXISTIT VIRTUS SUPERNATURALIS TEMPERANTIAE.

Pesch, 9, nn. 111-216; S. Th. 2-2ae, qq 141-170;
Wirc. 115, app. nn. 115-206; Prümmer, O.P.: Manuale
theol. moralis, II, n. 643 sqq.

Temperantia, graece *sophrosunè*, dupliciter sumitur ut
notat divus Thomas (2-2ae, 141, 2):

- 1^o secundum amplitudinem suae significationis, pro
virtute quae refraenat affectum ab his quae
ipsum contra praescriptum rationis alliciunt -
Temperantia enim insinuat quandam temperiem
et moderationem, quam ratio actionibus et af-
fectibus humanis imponit. Hoc modo est virtus
generalis quatenus cum omni virtute morali
concordat.

- 2^o Strictè et *kat' éxokèn*, pro virtute quae re-
fraenat appetitum in his quae maxime afficiunt,
et sic est virtus specialis, de qua hic est
agendum.

Definitur a P. Pesch: "Est virtus supernaturalis qua
ita refraenatur appetitus maximarum delectatio-
num tactus, ut propter has delectationes homo
non recodat a bono supernaturali prosequendo."
Quae definitio est strictissima et maxime com-
pleta.

Prümmer, O.P. (Manuale Theol. Mor., II, n. 643):
"Virtus moderans appetitum circa delectationes
tactus, i.e. circa delectationes ciborum et vene-
reorum."

S. Augustinus (ex Tullio): "Est rationis in li-
bidinem atque in alios non rectos impetus animi
firma et moderata dominatio."

Delectatio: quies appetitus in bono possesso.

Porro bona de quibus delectatio esse potest sunt
diversa:

- 1^o Bona pure spiritalia, ut scientia, beatitudo aeterna, etc. Haec bona totaliter absolventur ex actione intellectuali et de objecto spiritali;
- 2^o Bona materialia, sed non corporalia, i.e. quae sunt objecta materialia, tamen eorum actio non sentitur in corpore sed in appetitu rationali. Ita pecunia possessa ab avaro, homicidium patratum ab occisore, etc.
- 3^o Bona corporalia, quae sunt duplicis rationis:
 - a) Illa quae actionem convenientem cum facultatibus habent et affectum producant ad quem facultates sensitivae ordinantur, v.g. pulchra melodia relate ad aures, colores florum relate ad oculos, aer tepidus tempore hiemis, etc;
 - b) Illa quae ex conjunctione physica et magis intensiva cum peculiaribus nervis alicujus organi vehementer commovent appetitum. Tales sunt cibus et potus, res sexuales seu venereae. Cf. Pesch, 9, nn. 113-114.

Ex dictis eruitur quod sunt delectationes quadruplicis generis:

- 1) Delectationes pure spirituales;
- 2) Delectationes spirituales lato sensu (2-2^{ae}, 141, 2) seu non corporales;
- 3) Delectationes sensitivae;
- 4) Delectationes sensuales, seu carnales seu tactus.

Jamvero nulla ex illis delectationibus est ex se mala; sed a Deo inditae sunt ad certum finem. Unde velle eas ad talem finem secundum dictamen rationis non est malum, sed bonum; Malum vero est agere propter solam delectationem nulla habita ratione finis operis; et hoc malum praecavere debet virtus temperantiae.

Maximae delectationes Tactus. Inter delectationes aliae aliis vehementiores sunt. Sic v. g. delectationes pure spirituales minime commovent appetitum, ita ut dicant theologi illas non esse objectum temperantiae proprie dictae; dum delectationes sensuales saepe sunt intensissimae et magnis deordinationibus subjectae. Ex experientia constat delectationes quarum finis est maxime necessarius, ut conservatio individui et conservatio generis humani, esse vehementissimas omnium; quae delectationes procurantur per usum potus et cibi et rerum veneriarum et vocantur delectationes sensuales carnales vel tactus (cf. S.Th., 2-2, 141, 4^a Et quid delectatio,.....)

Unde patet quid sibi velit quod Theologi unanimiter docent materiam temperantiae esse maximas delectationes tactus. "Ita est temperantia circa concupiscentias et delectationes, sicut fortitudo est circa timores et audacias. Fortitudo autem est circa timores et audacias respectu maximorum malorum quibus ipsa natura exstinguitur quae sunt pericula mortis. Unde similiter temperantia oportet quod sit circa concupiscentias maximarum delectationum". (S.Th., 2-2, 141, 4).

Aliae Delectationes.

Delectationes vero aliorum sensuum, cum minus necessariae sint sive ad conservationem individui, sive ad conservationem generis, multo minus vehementes sunt; et ideo earum moderatio multo minus est difficilis et exercetur per

virtutes quae sunt partes potentiales temperantiae ut videbimus infra.

Nota: Ex dictis hucusque potest materiam proximam hujus virtutis esse appetitum delectationum et principaliter quidem maximarum delectationum tactus; materiam vero remotam ea omnia bona quibus haec delectationes produmuntur. Tandem objectum formale est "honestas specialis regulae servandae" in usu harum rerum.

Regula autem servandae proxima est necessitas hujus vitae, regula remota /assuetio beatitudinis. Animadvertendum est tamen cum regulam proximam, tum remotam esse diversam omnino in temperantia naturali et supernaturali. Quod liquet relate ad regulam remotam, cujus objectum est assuetio beatitudinis naturalis in primo casu, cum in altero est assuetio beatitudinis supernaturalis. Regulam autem proximam datur differentia "sui operantis." Manifestum est autem quod alterius rationis est. Primo qui imponitur in huiusmodi concupiscentiis secundum regulam rationis humanae et secundum regulam divinam; secundo, in sumptione ciborum ratio humana modus statuitur ut non noceat valetudini corporis nec impediat rationis actum; secundum autem regulam legis divinae requiritur quod homo castiget corpus suum et in servitutem redigat per abstinenciam cibi et potus et aliorum huiusmodi. Unde manifestum est, quod temperantia infusa et acquisita differunt specie, non solum differunt secundum ordinem ad ultimum finem sed etiam secundum ordinem ad propria objecta. "S.Th., 1-2, 63, 4. Cf. Prummer, II no 645. S. Thomas, 2-2ae, 14, 6 optime describit regulam servandam in temperantia naturali.

TEMPERANTIA SUPERNATURALIS: Virtus infusa a Deo; informata fide, spe et caritate, lege divina regulata qua ita refrenatur appetitus..

EXISTIT: Ernitur ex fontibus theologicis talem virtutem pertinere ad oeconomiam salutis aeternae.

ADVERSARIJ. Qui negant eus supernaturalia.

NOTA THESEOS. De Fide Catholica.

PROBATUR THESIS.

Ex Sacra Scriptura: Sap., 8, 7; Tob. 6, 14-22; Gal.,
5, 16; Rom., 13, 12-P. 118.

Ex Patribus: S. Augustinus, De Meritis Eccl.
Cath., 1. I, c. 19; c. 21, no. 39; M. L. 32, 1326 et 1328

Confessiones, 1. 10, c. 31; M. L. 32, 798.-
P. 119.

S. Ambrosius, De Jacob, 1. I, c. 2; n. 5.
M. L. 14, 601.-P. 120.

Julianus Pomerius (-498; cf Cayré,
II, p. 176 sq), De Vita Contemplativa, 1. III,
c. 19;

M. L. 59, 502.- P. 121.

Ratione Conuenienti.

Virtus cuius objectum formale et regula proxima
sunt supernaturalia est et ipsa supernaturalis.

Atqui objectum formale et regula proxima tem-
perantiae, ut in thesi supernaturalia.

Ergo Temperantia est virtus supernaturalis.

Major- Quia lo virtutes specificantur a suo
objecto formali, Ergo si illud est supernatu-
rale et ipsae virtutes erunt supernaturalis.
Praeterea Ito regula proxima est complexus prin-
cipiorum juxta quae applicatur et exercetur
virtus. Jamvero si haec principia sunt super-
naturalia cum sint quasi forma actuum ergo et
actus erunt naturales et consequenter ip-
sa virtus nam virtutes specificantur ab acti-
bus suis.

Minor- Stat ex praenotaminibus thesicos.

1) Scholion I- Partes integrales temperantiae enumerari solent: verecundia et honestas seu decorum. non sunt parves essentielles, sed potius conditiones sive dispositiones, verecundia, dispositio praecia ad, et honestas, conditio concomitans actum temperantiae.

Verecundia est passio quaedam consistens in timore vituperationis propter ea quae ab hominibus turpia habentur, sive mala sint sive indifferentia, sive quandoque bona. Ergo potest esse mala si movetur contra nequam rationem. Si autem movetur secundum dictamen rationis, est dispositio ad virtutem quia inculit horrorem libidinis, et sic recte dici potest pars integralis temperantiae, quia retrahit a turpibus.

Honestas seu decorum est pulchritudo ipsius temperantiae et actus ejus in quantum hominem speciali modo condecorat et honore dignum reddit. Etenim ut dicit S. Thomas (2-2ae, 145, 4): "Fortitudini debetur major honor quam temperantiae propter majoris boni excellentiam, sed temperantiae propter majoris boni excellentiam, sed temperantiae debetur major honor propterhibitionem vitiorum magis exprobrabilium". Per hanc specialium honestatem et decorem temperantia speciali modo amabilis et appetibilis fit.

Scholion II- Vitia quae opponuntur temperantiae sunt: "per excessum", insensibilitas qua quis ita refugit ab actibus delectabilibus factis, ut ne tum quidem velit hos actus ponere cum obligatio incumbit (vitium rarum); "per defectum", intemperantia qua quis appetit delectationes tactus quas non oportet, vel quando, vel ubi non oportet, vel plus quam oportet, vel non eo modo quo oportet.

Scholion III- Partes subjectivae temperantiae.- Pesch (n. 112) dicit temperantiam esse "determinatum genus virtutum." Ideo habet suas species, seu partes subjectivas quae perti-

nent ad duplicem ejus materiam principalem scilicet ad cibum et potum ex una parte et ex altera parte ad delectationes venereas.

Io circa cibum et potum partes subjectivas temperantiae sunt abstinentia et sobrietas.

A) Abstinentia. Ut virtus, simpliciter dicta nihil aliud est nisi temperantia in usu ciborem, vitans omnem inordinationem in quantitate, in qualitate, in modo edendi, et servans imperium rationis, ne mens plane abstrahatur desiderio et delectatione comedendi.

Communiter tamen sensu ecclesiastico, abstinentia pressiore modo suncitur quatenus significat peccato sumi potest ex motivo honesto factam. Abstinentia sic intellecta est major gradus temperantiae et ut monet S. Augustinus, (quant. Evang. L. II. c. 11. M. 35, 1337 sq), consistit in interna Animi affectione potius quam in externo usu vel non usu ciborum. Duas habet actus:

1o) Primus Actus abstinentia strictione sensu sumptae est pejunium, i.e. subtractio ciborum intra id quod temperantia exigit, ad assequendum aliquod bonum honestum.

S. Thomas (2-2ae, 147, 1) citat tria bona quae per pejunium consequuntur, representationem scilicet concupiscentiae carnis: "Sine cerere et Baccho friget Venus", elevationem mentis ad sublimia contemplan- da (Dn 10, 2sq), satisfactionem pro peccatis (Joel, 2, 12). Pesch (nol30) addit quartum, bonum impetrationem nempe alicujus gratiae a Deo (I esd 8, 21; Tob. 12, 8).

Igitur pejuriū est actus virtutis quando homo illud eligit ad spiritualia mala vitanda et speritualia bona consequenda.

Maxima laudatur pejuriū in Sacra Scriptura; Mt. 4,2 sq; Mc2,20; Act.15,3; 14,22; 2 Cor 6,4 etc.etc.cf P.no 132.

Patres libros et sermones conscripserunt de pejuriū laude: S.Hiernonymus; (Contra Jo.1.2, n.17; ML 23,312); S. Augustinus (Serm. in quod M.L.38,1039 sqq); S.Basilius; S.Leo Magnus, etc. cf. Pesch, n.134.

Ecclesiae declarationes: Trid. ses.25, de reform. c21; Alexander VII, Dz.1123.-cf Pesch 135.

Liturgia: Praefatio Quadragesimalis.

Theologi omnes post S. Thomam, 2-2, 147, 5.

Secundus actus, abstinentiae, qui simpliciter apud catholicos, abstinentia vocari solet est delectus ciborum, quatenus.

Ecclesia interdicat quibusdam temporibus usum eorum ciborum qui communiter sunt hominibus magis delectabiles et magis nutritivi et imprimis carniū. (Cf S.Th.2-2,137,8).

VITIUM quod opponitur abstinentiae est gula seu epula, i.e. inordinatus appetitus cibi et potus non inebriantis.

Sunt quinque modi quibus peccatum gulae committitur: "Praepropere, laute, nimis, ardentem, studiose, quod versiculum S. Thomas explicat in 2-2,148,4.

- B) Sobrietas- sensu stricto, est virtus inclinans ad servandum modum in usu potus inebriantis. Unde materia ejus remota est potus ine-

brians; proximas affectus ad hanc materiam moderandus. Objectum formale est honestas moderationis in usu potus inebriantis..... Ergo haec virtus non versatur circa potiem ut est pars alimenti, sed circa potum ut est inebrians; et per hoc distinguitur ab abstinencia.

Laus sobrietatis inde collegitur quod tum Sacra Scriptura tum maxime inveluntur in vitium ipsi oppositum, scilicet ebrietatem. Cf. Pesch. n.n. 146-147.

Ebrietas est perfecta a vel imperfecta secundum varios gradus quibus impeditur usus rationis, nam illud impedimentum est ratio formalis cum ebrietas sit mala. Ergo, velate ad malitiam gravem ebrietatis quaestio est de homine, qui ex sola voluptate, quam percipit in potatinebriante, usum rationis perdit, et quidem totaliter. Nam partialis perturbatio rationis, seu ebrietas imperfecta per se non censetur peccatum grave.

IIo Circa delectationes venereas pars subjectiva temperantiae est castitas.

Castitas sensu latiore est puritas ab omni amore inordinato, v.g. 2 Cor. 11, 2. Sensu stricto et proprio:

"Est virtus inclinans ad moderandam concupiscentiam delectationum venerearum." Castitas saepe pudicitia vocatur, quia est virtus retrahens ab iis quas maxime pudorem iniungunt homini. Tamen pudicitia distinguitur a castitate quia cum haec magis respicit venercam delectationem, illa magis versatur circa externa signa hujus delectationis et concupiscentiae ejus.

Castitas, ut supra definitur, ad omnes omnino homines refertur. Sed quia circa ejus

-45-

materiam duo sunt status dissimiles, matrimonium scilicet et caelibatus ideo est duplex castitas, vel potius duo modi secundum quos servanda est haec virtus:

Castitas conjugalis est illa quae est servanda iis qui matrimonium contraxerunt et quibus licet delectationem veneram appetere intra fines matrimonii, ut explicatur in tractatu theologiae moralis de Matrimonio.

Castitas caelibatus est eorum qui matrimonium non inierunt, et in hoc constitit quod nunquam licet caelibis delectationem veneram quaerere, neque ei consentire, si independentem a voluntate venit.

Virginitas, summus gradus castitatis, est status eorum qui non solum abstinere ab illicitis, sed qui, insuper, ex motivo supernaturali, proponunt in omne futurum tempus abstinere ab ipso matrimonio et usu ejus.

Sacra Scriptura, tum veteris, tum Novi Testamenti saepe commendat castitatem et contrarium vitium condemnat. Plus quam viginti textus citantur a patre Pesch, nn. 15-153, inter quod eminent I Cor, 6, 18; 2 Cor 6, 4; Gal, 5, 22-23; Rom. 13, 13-14; Sap. 14, 1; Gen, 39, 7 sqq; Dan 13, 1, etc.

S. S. Patres multi conscripserunt specialia opera in virginitatem quae est castitas in summo gradu, v.g. S. Chrysostomus, S. Ambrosius, S. Hieronymus, S. Augustinus. Sed castitatem etiam in genere eximii laudibus praedicant, v.g. S. Ephraem, (Paroecesis) 36 non est in Migne.) Castitatem conjugalem praedicarunt methodius, (Convivium, or. 2. cf. M. L. 18, 59); S. Ambrosius (Ep. 42, no 3, M. L. 16, 1124). S. Augustinus (De Bono conjugali, nn. 8, 12, 13, 50; M. L. 40, 379 sq; De sancta Virginitate, n. 1, M. L. 40, 397), etc.

Ecclasiae Declarationes plures exstant de hac materia.

Dz 477, 1198, 1199, 1140, etc.

Castitas non est maxima inter virtutes, nam major est caritas, maior fortitudo, maior justitia; neque ii qui Exstita tem perfecta servaverunt necessario habebunt summum gradum gloriae in coelo. Tamen meretur singularem laudem propter praeservationem hominis a sordibus maxime dedecentibus, eumque aptissimum reddit ad aestimanda et prosequenda bona coelestia. Quare specialis quidam nitor et pulchritudo in castitate inest, omnium animos ad se attrahens et ad amorem provocans.

Delectatio venerea autem est consummata aut non consummata sed inchoata tantum. Non solum consummata, sed etiam inchoata, delectatio i.e. praeviae commotiones delectabiles quae ex natura sua ad ultimum terminum delectationis tendunt, sunt propterea illicitae. Unde materia prima proxima castitatis sunt omnes tales delectationes et concupiscentiae carum, remota Materia, ea omnia quae illicitas delectationes producere possunt, ut aspectus tactus, etc.....

Vitium appositum castitati vocatur luxuria vel impudicitia. Ejus actus consistit in quaerenda vel deliberata admittenda illicita delectatione venerea sive consummata sive non consummata. — P. Pesch n. 150 discussionem instituit de ratione malitiae in peccato luxuriae. Ratio proxima malitiae consistit in eo quod homo vult delectationem veneream illicitam, et ipse reponit rationem ultimam in remota violatione juris generis humani quoad debitam conservationem speciei.

Ad effectus nefandos luxuriae describendos S. Thomas (2-2ae, 153, 5) optime commentatur verba S. Gregorii M. (Moral, I, 31, c. 35, no 88; M.L. 76, 621): "De luxuria coecitas mentis, inconsi-

- 27 -

deratio, inconstantia, praecipitatio, amor sui, odium Dei, affectus praesentis saeculi, horror autem vel desperatio futuri generantur."

Castitas hoc speciale habet quod secundum communiter contingentia magis quam reliquas virtutes crebris et vehementibus pugnis exposita est. Quonobrem qui caste vult vivere, sui ipsius victor continuus sit oportet, non solum quatenus resistendum est illicitis, sed etiam quatenus ad castitatem in tuto collocandam multarum aliorum virtutum exercitio opus est: orationis, humilitatis modestiae, sobrietatis, abstinentiae, brevi, constantis mortificationis.

Notae I De continentia. Est inferior gradus castitatis acquisitae et in eo consistit quod quis pugnat contra frequentes et vehementes tentationes S.Th.2-2ae, q 155,1. Non attingit ad perfectam rationem virtutis moralis, sed habet aliquid de ratione virtutis in quantum ratio firmata est contra passiones ne ab iis deducatur.

Incontinentia est minus vitium quam intemperantia, quia haec procedit ex habitu per consuetudinem acquisito, dum in illa voluntas inclinatur ad peccandum ex passione. Tamen temperantia est maior virtus quam continentia quia in ipsa magis viget bonum rationis, ex qua eo virtus temperantiae sibi magis subicit appetitum sensitivum.- Cf. omnino S.Th.2-2.155.

II De Virginitate. Virginitas est ipsa perfecta castitas, quae ex motivo supernaturali abstinere ab omni delectatione venerea. Addit aliquid supra virtutem castitatis quia haec restituitur per poenitentiam post peccatum grave consummatum non vero virginitas ad cuius essentiam pertinet expertem mansisse delectationis venerae deliberate quaesitae vel admissae.

Integritas corporis ad virtutem pertinet in quantum est objectum liberae electionis. Una

non amittit virginitatem qui sine suo consensu integritatem corporis amittit, e contra mulier adulta perdit virginitatem per peccatum consumptum luxuriae etiamsi forte claustrum virginale non laedatur. Potest reparari virginitas mente tantum vel per actus luxuriae non consumptos laesse. Ideo impuberes dicuntur non irreparabiliter perdere virginitatem.

Ad virginitatem requiritur voluntas nunquam admittendi delectationem veneream et quidem voluntas absolute stabilis, qua ita firmatur non in virginitate, ut sine peccata ab ea non possit recedere, neque matrimonium quidem, quod est per se licitum. Quae stabilitas non efficitur nisi per votum. Unde theologi solent communiter videretur virginis integritatem virginitatem voto firmatam. Communi theologi non dicunt specialem esse virtutem virginis, si solo proposito salutari fervatur.

cf. S.Th. 2-2ae, 152, 1-3.

Virginitas laudabilis redditur ex fine in quantum scilicet hoc fit ad vocandum rebus divinis. Et ideo virginitas est quaedam specialis virtus se habens ad castitatem sicut magnificentia se habet ad liberalitatem.

Scholion IV. De partibus potentialibus

seu de Virtutibus Annexis Temperantiae.

Hae virtutes adnectuntur temperantiae in quantum sunt moderatrices nationum concupiscentiae praeter delectationes tactus. Sed quia illae motiones minorem creant difficultatem, virtutes non assurgunt ad perfectionem ipsius temperantiae.

Io De Mansuetudine.

Monsuetudo intra limites continet appetitum irae pro injuria illata. - Cum ira sit passio, quae, in se considerata, neque moraliter honesta neque inhonesta sit, et finis ejus, vindicta scilicet, non sit per se malus sequitur iram esse malam in quantum haec passio inordinato modo movetur. Haec inordinatio accidit vel eo quod ira praevertit deliberationem rationis eamque perturbat vel quando homo vult irasci contra ordinem rationis. S.Th. 2-2ae 188, 2.

De haec vitiosa ira intelligenda sunt auae Scriptura monet: Eccli., 27, 23; Eph. 4, 31; Col. 3, 8 etc. P. 168.

De vindicta sumenda, simpliciter perfectus est propter privatam injuriam non irasci, Mt., 5, 39 sq; tamen si ratio vindictam suadeat, licite sumi potest, Act. 18, 37. Ergo secundum prudentiam adiudicandum est, quando actus externus vindictae dimittendi aut exercendi sint, sed interna caritas et mansuetudo semper servanda est. P. 169.

Sacra Scriptura saepe et maxime laudat mansuetudinem Ps. 146, 6; 149, 4; I Tim. 6, 11; Tit. 3, 2; Eph., 4, 1; Mt., 5, 4; 11, 29; Gal., 5, 22; etc, etc. P. 165.

Inter SS. Patres S. Augustinus. Sermo 69, 1; S. Ambrosius (In Ps. 48, n. 1; M. L. 14, 1155; S. Gregorius M. (Moral. L. 4, c. 45, n. 78, M. L. 75, 923; S. Joannes Chrysostomus, etc. P. 166.)

Vitium oppositum mansuetudini est iracundia quod dem oppositum "per excessum". Iracundia est in-

clinatio ad irascendum ultra limitem rationis vel quod objectum vel quod modum. Objectiva malitia provenit et injusta vindicta. S. Thomas (2-2ae, 158, 5) explicat modos quibus iracundia sit mala. Cf. quoque S. Greg. M. (Moral L. 5. c. 45, no 78 sq; M. L. 75, 724; P. 172).

"Per defectum" opponitur mansuetudini vitium quod proprium nomen non habet, neque valde frequens est. P. Posch illam designat vocabulo "inirascibilitas" vel "inirascencia" quae consistit in eo quod homo non excitatur ad iram quando ratio dicat esse irascendum. "Et ideo non potest totaliter deficere motus irae in appetitu sensitivo, nisi per subtractionem vel debilitatem voluntarii motus. Et ideo ex consequenti etiam defectus passionis irae vitiosus est, sicut et defectus voluntarii motus ad puniendum secundum iudicium rationis." (S. Th., 2-2ae, 158, 2). - Tamen malitia inirascibilitatis non distinguitur a malitia specifica omissionis officii debiti

Nota: De Clementia cf. S. Th. 2-2ae, 157.

Formaliter, clementia est virtus qua princeps et alii superiores disponuntur ad mitigandam poenam hominis rei, in quantum iustitia potitur. - Igitur temperat, non iram, sed desiderium ostendendi potestatem vindicativam innoxios et inclinat ad puniendum, quando oportet et in quibus oportet. S. Thomas (2-2ae 157, 5, ad ium) facit distinctionem inter Epikeiam et clementiam et de hac dicit: "Aliud est quaedam moderatio affectus, ut homo non utatur sua potestate in inflictione poenarum et hoc proprie pertinet ad clementiam. Propter quod Seneca dicit quod "clementia est temperantia animi in potestate uliscendi". Et haec quidem moderatio animi provenit ex quadam dulcedine affectus qua quis abhorret omne illud quod potest alium contristare.

Et ideo dicit Seneca quod "elementia est quaedam limitas animi."

Excessus in exigendis poenis est crudelitas, defectus est nimia lenitas. Feritas delectatur cruciatu aliorum.

Io De Humilitate.

Definitur a P. Pesch: "Virtus quae cohibet inordinatum appetitum propriae excellentiae et inclinat hominem ad propriam vilitatem secundum veritatem agnoscendam!"

Solidum fundamentum in ipsa rerum veritate habet humilitas neque consistit in falsis fictionibus et imaginationibus. Hoc fundamentum est excellentia hominis quatenus est speciali modo imago Dei tam in ordine naturali quam in supernaturali. Quam excellentiam homo recognoscere debet in se, tamen non ut a seipso proveniens, sed a Deo, si quidem secundum id quod ex se est, homo nullam excellentiam habet, imo nihil est. Haec omnia: iam visa sunt tum in tractatu de Deo creatore et de Gratia.

Jamvero excellentia hominis fundamentum relationis praebet tum ad Deum tum ad proximum nostrum, ita ut P. Pesch potuerit dicere quod humilitas "est virtus comparativa quo homo sub ratione appetitus excellentiae se recte habet ad alios".

Etenim se comparando cum Deo, vult humilis ut Deo tribuatur quidquid perfectionis in homine invenitur, et ut sibi nihil tribuatur ut principio eorum quae habet.

Si autem se comparat cum proximo, inveniat quidem proximum, ut seipsum, ex se nihil esse, tamen habere quaedam dona Dei. Imprimis si proximus est in potestate constitutus et locum tenet Dei ergo nos, debet humilis sese proximo subicere. Dein humilis secundum id quod suum est, debet se post

ponere proximo secundum dona Dei quae in proximo sunt. Si comparantur dona Dei quae sunt in utroque, in quantum praecise dona sunt, stant a pari et humilis et proximus. Si in uno cernuntur maiora dona Dei quam in altero maiora minoribus praeferenda sunt. Nihilominus quia possunt in nobis esse defectus occulti et in alio bona occulta, humilitas postulat ut non propter sola manifesta nos aliis praefereamus sed potius praesumamus proximum esse meliorem quam appareat. Denique qui minora peccata facit minus indignus est honore quam qui maiora fecit.

P. Pesch sub no. 183, omnia haec officia enumerat cum innumerabilibus textibus Sacrae Scripturae qui constituunt optimam probationem scripturasticam existentiae humilitatis supernaturalis.

Patres et sancti hanc virtutem magnis laudibus celebrant: S. Augustinus (Sermo 69; m. 2, 4; M.L. 36, 441; De sancta Virginitate, c. 31sq; M.L. 40, 412sq); S. Gregorius M. (Mor. I. 27, c. 46, n. 79; M.L. 76, 244sq); S. Bernardus scripsit opusculum de gradibus humilitatis et superbiae. Praeterea in cantica, sermo 42, no 6 sq; M.L. 183, 990sq. Cf. P. 135.

Excellentia humilitatis ex hoc eruitur quod est quaedam generalis virtus et, ut talis est conditio ut omnis actus virtutis eliciatur et omnis habitus virtutis in animo subsistere possit. Etenim sine subiectione Deo nulla vera virtus esse, imo nulla concipi potest. Iamvero humilitate maxime essentiale est Deo subici. Per fidem igitur nos subicimus Deo ut, summo vero, per spem et caritatem, ut summo bono, etc. Tamen hoc non ita interpretandum: est quasi omnes actus virtutum assent formalis et explicita humilitas. Nam ut stat ex notione virtutis generalis, haec se habet ad actum salutarem materialiter et implicitum tantum

In ordine virtutum necessaria, humilitas formaliter spectata neque maxime necessaria neque excellentissima virtus est. Nam magis necessaria est v.g. fides, quae est principium et fundamentum christianae humilitatis; excellentiores sunt virtutes theologicae quarum motio est ipsae Deus. Nihilominus excellentiam habet prae multis aliis virtutibus moralibus, quia, etiam ut est specialis virtus, habet universalitatem quamdam. Nam humilitas subicit hominem ordini rationis et legis divinae in universali, aliae autem virtutes solum quoad particularem materiam (S.Th.; 2-2ae, 161, 5). cf. S.J. Chrys. De incompr. Dei nat. Rom 5, n 6, 7. M.L. 48, 745).

Vitia humilitati opposita sunt superbia per excessum, et inordinata sui abjectio per defectum.

I) Superbia S.Th., 2-2ae, 162. definitur a) a sto Prospero: "Inordinatus appetitus excellentiae propriae; b) a Sto Augustino: "Perversae, i.e. indubitae celsitudinis appetitus." Excellentia hic auditur omne id quo persona eminet seu excelsa est.

Superbia est interna quaedam inflatio mentis, quae absolvitur ex actibus quorum enumeratio et explicatio habentur in Pesch, n. 189. - S. Gregorius M. aliam divisionem actuum proponit: (cf. S.Th., 2-2ae, 162, 4, ad 1m) et S. Bernardus tertiam, (ibid, ad 4). - Ultimus actus in hoc consistit quod superbus eo usque procedit, ut ne Deo quidem subici velit, sed censeat se Deo opus non habere, et ut suo arbitratu vivere velit. Hic est actus superbiae completae, et quia hic actus, ad quem superbia omnis, ex natura sua tanquam ad ultimum fastigium suum tendit, est sine dubio peccatum mortale, ideo recte dicitur superbia peccatum mortale ex genere suo. (S.Th.; 2-2ae, 162, 5.) Superbia hoc modo considerata, scilicet ut speciale peccatum vocatur a Sto Thoma vitium Capitali" (ibid, art 8).

Superbia alio modo considerari potest, secundum scilicet quamdam redundantiam in alia peccata et secundum hoc quamdam generalitatem habet, in quantum

ex superbia oriri possunt omnia peccata, si-
ve quatenus alia peccata ordinantur ad finem
superbiae. qui est propria excellentia, si-
indirecte et quasi per accidens, quatenus su-
perbia removet praebens, in quantum scili-
cet homo per superbiam contemnit legem divi-
nam, per quam prohibetur a peccando. Hoc sen-
sus S. Gregorius M. posuit superbiam reginam
omnium vitiorum et matrem (cf. S. Th., 2-2ae, 162
8). P. 192 sq.

II^o Inordinata sui abiectio. "Et est qui so-
nium submittit a multa humilitate" (Eccli.
19, 24). Est imprudenter sese inclinare ad sui
abiectioem, ita ut redundet in injuriam sta-
tus vel officii quod geritur, vel talenti quo
quis praeditus est, aut in eorum in commodum
quibus prodesse oportet.

Est vitium per defectum quantum ad hoc
manus humilitatis "refrenare scilicet appetitum
excellentiæ;" inclinare nempe ad ea quibus
aliquis suam vilitatem profitetur, est vi-
tium per excessum.

Quandam affinitatem habet inordinata abiectio
cum pusillanimitate; tamen objectum non est
idem, siquidem pusillanimitas oritur ex nimia
fuga honoris tamquam rei nimis magno, dum
inordinata sui abiectio ex nimis affectu ad
se dimittendum.

III^o De Studiositate.

Cognitio, utpote actus intellectus, non
est per se libera. Nihilominus intellectus et
aliae inferiores facultates intellectui ser-
vientes subsunt imperio voluntatis. Ergo co-
natus cognoscendi et catenus etiam cognitio
pendet a voluntate.

Iamvero voluntas in hoc negotio dupli-

citer sese habere potest: ex una parte inclinatur ex natura ad acquirendam cognitionem, et ex altera, conatus qui requiritur ad cognoscendum saepe difficilis et tædiosus est. Ergo ne "homo ultra modum abripiatur affectu sciendi, neve vincatur tædio laboris ad acquirendas debitas cognitiones necessarii, opus est virtute aliqua, quae et affectum temperet et ad vincendas illas difficultates incitat." Haec est virtus studiositatis.

Studiositas est pars potestativa temperantiae quia ad temperantiam pertinet moderari natum appetitum, ne superflue tendat in id quod naturaliter concupiscitur." S.Th. 2-2ae, 165, 2.- Tamen ut studium sit formaliter actus studiositatis, debet fieri ex motivo honestatis appetendi cognitionem secundum mensuram rectae rationis.

Officium hujus virtutis est:

2o Moderari appetitum sciendi, ut quis non velit plura aut altiora scire quam ipsius conditioni et capacitati conveniat;

2o Moderari ipsum studium et conatum animi, ut studeamus ea diligentia qua oportet, et eo fine quo oportet, et illis rebus quibus oportet, tempore loco etc, quo oportet;

3o Etiam interdum impellere et excitare affectum et studium.

Sacra Scriptura saepe laudat studiositatem:
Prov. 27, 11; 1 Tim. 4, 13, 16; 1 Petr. 3, 15 P. 201.

SS. Patres ad hoc maxime commendant studiositatem ut christiani rationem fidei suae reddere possint et in cognitione doctrinae fidei crescant.

S. Augustinus (De Doct. Christ., L. 2, no 40 sq; 57, 58; M.L. 34, 55).

S. Anselmus (Cur Deus Homo L 1, c. 2; M.L. 158, 362)

Tridentinum, ses. 3, c. 4). Dz 1799. P. 202 sq.

a) Vitium oppositum studiositati per excessum est curiositas, quae in eo est quod homo amore sciendi se occupat in studio rerum quae ad ipsum non pertinent, ut si studet exquirere secreta privata aliorum hominum, vel si desiderat scire ea quae captum ipsius superant. Neque in sola cognitione intellectuali, sed etiam in sensitiva potest esse curiositas, ut cum quis vult indiscriminatim omnia videre et audire ob solam cognoscendi delectationem.

Per defectum, negligentia opponitur studiositati, quae est emissio voluntaria conatus necessarii ad addiscenda necessaria et utilia. Quaedam particularia, ex tractatus moralis theologiae de statibus particularibus.

IVO De Modestia in exterioribus hominis.

Est generalis quaedam virtus modestiae, saepe in Sacra Scriptura citata (2 Mac. 1, 37; Col 3, 12; 1 Pet 3, 16), quae significat mansuetudinem, temperantiam et alias virtutes.

Virtus specialis modestiae exteriora hominis ad normam rectae rationis conformat. Obiectum ejus formale est honestas servandi decorum in exterioribus hominis; materiale autem obiectum est triplex, scilicet motus externi qui serio fiunt, indit, et vestitus (cf. Eccli 19, 26-27; S. Ambros, De Offic. 1, 1, c. 18 sqq. M. L. 16, 44 sqq. qui fere omnia comprehendit quae de hac re dicenda sunt. P. 205.

a) Motus externi, qui serio fiunt ad rationem componi ad varia nativae, v.g. ut alios decipiamus vel ut non aliis jucundos et hibeamus, vel ex caritate, etc. (S. Th. 2-2ae, 168, 1 ad 3um.). Tamen, eruet formaliter actus specialis virtutis modestiae, si fiunt ex affectu congruentiae quam habet haec motuum compositio tum cum persona ipsa quae agit, tum relate ad eos quibuscum agit, tum respectu loci, temporis negotii de quibus agitur. Cf. Phil. 4, 5, graeci hanc modestiam vocant "eutarxien".

B) Ludi audiuntur qui fiunt solius recreationis gratia, i.e. ad relaxandum animum. Pertinent enim ad justitiam contractus de re vincti in certamine tribuenda, ut certationes equestres, ludi aleatorii, similia.

Graeci ludos, in sensu quo adhibentur in thesi, vocant "entrapelian"; quam vocem S. Paulus sensu periorative sumit pro scurrilitate (Eph., 5, 4).

S. Thomas (2-2ae, 168, 2) fortiter vindicat entrapelian tum argumento psychologico, tum exemplo Sti Joannis Apostoli ex traditione relati. Quem lege.

Per defectum contra entrapelian peccant "qui in ludo deficiunt, nec ipsi dicunt aliquid ridiculum, et dicentibus molesti sunt, quia scilicet moderatos aliorum ludos non recipiunt," sed sunt morosi et difficiles. "Et ideo tales vitiosi sunt, et dicuntur auri et agresse." (S. Th., 2-2ae, 168, 4). Minus tamen vitiosus per se est defectus ludi quam excessus.

Excessus in ludo esse potest:

a) ratione personae quam talis ludus non deest;

b) ratione loci, ut si ludi fiunt in templo;

c) ratione temporis, ut si quis tempore aliis rebus

necessariis arripit ad superfluum ludo vacandum;

d) ratione finis, si quis per ludum intendit rem malam;

e) ratione modi, ut si quis in ludo decipit vel generatim facit quae non licet.

Per se nimius affectus ludendi est peccatum veniale, potest tamen ab circumstantiis, v.g. ratione scandali, vel officii graviter neglecti, fieri mortale

Nota- De Officio Histrionum. P. 210

Non est secundum se illicitum, quia ordinatur ad solacium hominibus extrahendum. Debet exerceri moderate et honeste, non utendo aliquibus illicitis verbis vel factis, non adhibendo ludum negotiis vel temporibus indubitatis.....Qui moderate histrionibus subveniunt non peccant; si qui autem superfluo sua intales consumunt, vel etiam sustentant illos histriones, qui illicitis ludis utuntur, peccant quasi eos in peccato foventes" (2-2ae, 168 3 ad 310m). Idem, servatis servandis valet de funambulis, equisonibus, domitoribus ferarum. Vitam suam tamen sine sufficienti ratione proximo periculo mortis exponere est peccatum mortale. S.S. Patres saepe invehuntur in histriones; hoc est explicandum ex conditione theatri gentilis illius aetatis. Nostra aetate, succedendum est ut Christiani honesti rem theatricam ita foveant, ut influxu suo mala illa, quae facile ex theatris oriuntur impedire possint. Ceterum theatrum adminiculum esse potest intellectualis et moralis culturae ingenii.

c) Vestitus et Oratio Corporis. Nam in his peccari potest per excessum et defectum; ergo debet esse virtus moderativa quae efficit ut totus apparatus externus congruat personae secundum sexum statum, locum, tempus, negotium, reliquas circumstantiae, quae hic in quaestionem venire possunt. Agitur imprimis de vestimentis et de omnibus quibus ipsum corpus circumdatur, tamen huc pertinent quoque supellex, apparatus conviviorum, etc.

Vestimentorum triplex finis: 1) Ut corpus tueantur a frigore et aestu; 2) ut decenter tignant quae non exponenda sunt; 3) Ut ornamentum quoddam addant. Difficultates generatim proveniant ex 3.

Vitium per excessum est quando cultus est vel ultra conditionem status vel plane praeter receptam consuetudinem proborum hominum in tali loco; quando ornatus fit vel ad quaerendam inanem gloriam apud alios vel corporis delicias apud se; quando nimium studium in talibus rebus ponitur, etc. Equidem abstrahitur hic ab impudicis, licet, praesertim in ultimis casibus, raro abest libido.

Vitium per defectum est si quis praeter decorum in corporis cultu est negligentior, ul alios taedis afficiat vel illis scandalum det. Viris negligentia in debito cultu corporis solet facilius ignosci quam feminis, quia naturaliter viri ad hanc rem non adeo inclinantur, sed in feminis hic defectus solet esse indicium indolis non rite excoltae.

Nota De Ornatu mulierum ad aliis placendum.

Uxoribus licet se ornare ut placeant viris; item puellis nubilibus et nubere volentibus licet se ornare ut accipiant virum. Tamen omnino excluditur ornatus lascivus. Ergo licet ingi matrimonialis participibus et conditatis pulchritudinem naturae juvare ejusque defectus tegere moderata ratione per vestes practicas et bene formatas, per gemmas et aurum, per cultum capillorum et si opus est, per comam apposititiam et per pigmenta. Tamen per haec non licet ita homines inducere in errorem ut plane horreant matrimonium contraxisse cum muliere ita ornata. -- Optimum est in hac re servare con. suetudinem inter honestas mulieres alienajus regionis communem, ita ut vitentur omnia mira et valde natabilia.

Hoc de virtute JUSTITIAE compendium ad suum usum accommodatum tum lector tum auditores cursus compendiarii cum eximio lectori benevolentibusque Auditoribus CURSUS MAJORIS quantum ipsis LIBENTER GRATISSIMO ANIMO communicant IPSA MET CLAMANTE JUSTITIA.

- Thesis VII^a -

EXISTIT VIRTUS SUPERNATURALIS JUSTITIAE

3. Th., 2-2, q. 68; Pasch., sectio IV, n. 217 sqq. Wirc. VI, Diss. 6.

JUSTITIA: sensu latissimo:

- a) universitas omnium virtutum. Ez., 18, 24; Ga., 6, 9; Apoc., 22, 11;
- b) gratia sanctificans (vel caritas) quatenus est radix omnium virtutum supernaturalium. Trid., D. 798, 817.

sensu speciali: virtus inclinans ad suum cuique jus reddendum et conservandum. Deut. 16, 20; Jo., 7, 24.

JUS: (activum) potestas moralis exigendi aliquid ab alio vel eum obligandi ad actionem vel omissionem.

(passivum) ipsum debitum, i.e. ipsa actio vel ommissio ad quam ALTER obligatur.

NOTA: Justitia respicit: "alterum praecise ut alterum", et in hoc distinguitur a caritate quae proximum considerat ut alterum "ego", et communicatione bonorum praecise manifestatur.

RATIONE HUIUS ALTERITATIS plus minusve perfectae et RATIONE JURIS, justitia est plus minusve rigorosa et sic distinguitur in:

- a) JUSTITIAM COMMUTATIVAM (strictam), LEGALEM, DISTRIBUTIVAM, VINDICATIVAM (analogicam) cf. infra.

In sola justitia COMMUTATIVA servantur perfecta aequalitas et strictum JUS inter individuum, inter meum et tuum, inter

id quod datur et id quod accipitur, (aequalitas arithmetica)...in quo bonorum commensuratione ad res tantum attenditur non autem ad dignitatem personae; ideo dicit S.Th. 2-2, 58, aa 9, 10, justitiam non habere medium rationis, sed rei tantum, neque immediate moderari passiones sed efficere aequalitatem rei ad rem.

Ratione "ejus" erga quem exercetur justitia (i.e. individua. aut societatem), vocatur a S.Th. (2-2, q. 58, a. 5, 7, 8, q. 61, a. 1) PARTICULARIS aut GENERALIS i.e. LEGALIS; ratione autem subjecti agentis (i.e. auctoritatis civilis. aut hominis privati), justitia PARTICULARIS sub dividitur in DISTRIBUTIVAM et COMMUTATIVAM.

Notat praeterea S.Th. justitiam legalem non ideo appellari generalem, quod intrinsecus alias virtutes constituat, sed quod effloia ut actus aliarum, virtutum ordinantur ad bonum commune ut a singulis membris societatis prosequendum. Est igitur justitia legalis specialis virtus secundum suam essentiam, secundum quod respicit commune bonum ut proprium objectum. S.Th. 22, q. 58, a. 6.

Alii divisionem justitiae explicant ex triplici ordine qui existit in societate humana:

quatenus adest ordo partium inter se	habetur	justitia commutativa,
quatenus adest ordo partium ad totum	"	justitia legalis,
quatenus adest ordo totius ad partes	"	justitia distributiva et vindictiva.

SENSUS THESES: Existit virtus supernaturalis justitiae non hoc solo sensu generali, quod efficit id id quod est debitum et rectum in omnibus operationibus; sed hoc etiam speciali sensu quod est habitus infusus, habens suum proprium objectum i.e. reddere et conservare cuique suum. Illud verificatur (stricto) in justitia commutativa, et etiam (etsi non ita stricto) in justitia distributiva et legali; ut ex sequentibus patet.

JUSTITIAE COMMUTATIVAE.

Objectum materiale remotum: est res quae debentur.
 " " proximum: actiones vel omissiones praestandae alteri, per quas illi suum redditur.

objectum formale quod: ratio debiti

" Formale quo: (seu propter quod): honestas
specialis in illa reditione debiti relucens.
(Ciro. 560).

JUSTITIA LEGALIS: objectum formale quo (seu propter quod) est
honestas specialis relucens ex procuratione
boni communis.

DISTRIBUTIVAE: est honestas specialis relucens ex distri-
butione bonorum communium juxta cujusvis
dignitatem et merita.

VINDICATIVAE: honestas specialis apparens in commensu-
ratione poenae cum delicto.

Unde haec virtus cardinalis justitiae GENERICAE sumpta (i.
e. nulla distinctione facta quoad suas partes) definiri potest:

Habitus infusus ad reddendum et servandum unicuique bonum
ipsi debitum.

JUSTITIA COMMUTATIVA: virtus infusa ad reddendum et servandum
omni individuo physico vel morali se-
cundum perfectam aequalitatem, quidquid ipsi ex stricto jure
debetur.

JUSTITIA LEGALIS: virtus infusa ad reddendum et servandum rei-
publicae, quidquid ipsi a partibus suis (capite et membris) de-
betur.

JUSTITIA DISTRIBUTIVA: virtus, qua illi, qui habent auctorita-
tem publicam, bona et onera communia
singulis subditis distribuunt pro eorum conditionibus, faculta-
tibus, meritis.

JUSTITIA VINDICATIVA: virtus, qua malefactoribus condigna poena
infligitur. Pesch. 227.

NOTA: certa.

PROBATUR I: ex Scrip.

- a) JUSTITIA in genere, Sap.8,7.
- b) JUSTITIA COMMUTATIVA: Prov.11,1; Lev.,19,36, Ex.20,15.
- c) JUSTITIA LEGALIS: Mt.,22,21; Rom.13,1 sqq. I Cor,12,20sqq.
- d) JUSTITIA DISTRIBUTIVA et VINDICTIVA: Sap.6,2; Ps.81,2 sqq
Cf. Pesch,228.

PROBATUR II: ex P.P.

Ambrosius: "Scimus quattuor esse virtutes cardinales: temperantiam, justitiam, prudentiam, fortitudinem" (In Luc.6,n.62; Mt. 15,1653. Justitia est "quae suum cuique tribuit, alienum non vindicat, utilitatem propriam negligit, ut communem aequitatem custodiat" (De offic. L.1,c.24, n.115; Mt.16,57).

Augustinus: "Justitiam quid dicamus esse nisi virtutem, qua sua cuique tribuuntur". De lib. arb. c.13,n.27; Mt.32,1235.

Gregorius M: "Solidum mentis nostrae aedificium prudentia temperantia, fortitudo, justitia sustinet. In quattuor angulis domus...Moral. L.2,c.49; M.75,592. (Pesch,229).

PROBATUR III: aliquid argumentum ex ratione convenientiae sic erui potest.

Virtus quae habet objectum formale supernaturale est et ipsa supernaturalis.

Atqui, est justitia quae habet objectum formale supernaturale.

Ergo, existit justitia supernaturalis.

MAJOR: ex Philos.

MINOR: potest "aliquid esse cuique reddendum" propter hanc specialem rationem quod scil. Deus illud praeceperit (addita promissionemercedis).

Atqui illa honestas specialis, consistens in hoc quod quis "reddat cuique suum" propter voluntatem praeceptivam Dei, constituit objectum formale justitiae et quidem supernaturale; ut patet quoad utrumque. Ergo.

ORDO SCHOLARUM

<u>Cursus compendiosus</u>		<u>- ANNO PRIMO -</u>				<u>anni, 1937 - 1938</u>
Heures		Lundi	Mardi	Mercredi	Vendredi	Samedi
9.30		Dogma(C)	Dogma	Dogma	Dogma	Dogma
10.45		Moral. (I)	Moral.	Moral.	Moral.	Moral.
2.40		Jus. can.(C)		Jus. can.	Cir. (C)	Jus. can.
5.45		Dogma (C)		Dogma	Dogma	S.Script(C)
<u>- ANNO SECUNDO -</u>						
9.30		Dogma (B)	Dogma	Dogma	Dogma	Dogma
10.45		Moral. (I)	Moral.	Moral.	Moral.	Moral.
2.40				Hist.Eccl. (I)	Cir. (B)	Hist.Eccl.
5.45		Dogma(B)				
<u>- ANNO TERCIO -</u>						
9.30		Dogma(B)	Dogma	Dogma	Dogma	Dogma
10.45		S.Script(T)	S.Script.	S.Script.	S.Script.	S.S. cript
2.40				Hist.Eccl. (I)	Cir. (B)	Hist.Eccl.
5.45		Dogma(B)	Liturgia(B) (2d.sem.)			
<u>- ANNO QUARTO -</u>						
9.30		Dogma(B)	Dogma(B)	Dogma	Dogma	Dogma
10.45		S.Script(T)	S.Script.	S.Script.	S.Script.	S.Script.
2.40					Cir. (B)	
5.45		Dogma(B)				

Scholae:


(C) Schola S. P. Canisi

(I) Aula B.V.M. Immaculatae.

(B) Schola S. A. Bellarmini.

(T) " S. Thomas

F. B. CLORAN



SCHOLIUM I. - Justitia habet duas partes INTEGRALES: declinare a malo et facere bonum.

Ad justitiam enim, ut est virtus specialis, pertinet facere bonum sub ratione debiti ad proximum et vitare malum oppositum. Ad justitiam autem generalem (legalem) pertinet facere bonum debitum in ordine ad communitatem et ad Deum, i.e. non tantummodo "non facere" malum, sed etiam juxta casum, ei resistere illudque repudiare.

NOTA: justitia est excellentior quam temperantia et fortitudo et virtutes illi annexae.

Etenim: si agitur de justitia legali patet bonum commune praeminere bono singulari unius personae; si agitur de justitia particulari patet ex eo quod justitia est in rationali voluntate, non in concupiscibili aut in irascibili; et etiam ex eo quod est aliis utilis. 3.Th.2-2 a IV.48 a.12.

SCHOLIUM II. - Vitium (oppositum justitiae a) per defectum est injustitia, qua homo vel non dat unicuique, vel non dat tantum quantum, - vel aufert debitum, - vel infert malum.

b) per excessum: non habet vitium oppositum, nam plus dare quam debes non, est contra justitiam, nisi fit cum injuria tertia; potest tamen esse contra aliam virtutem. P.232.

Ut communius fit, uno peccato v.g. furtum peccatum contra varias justitiae species.

Speciatim tamen peccat quis contra:

a) justitiam commutativam, laedendo vel personam proximi, (per vulnera, mortem); vel bonum famae et honoris (per contumeliam, temerarium judicium, diffamationem, etc.; vel bona fortunae auferendo (furta, rapinae, fraudes, etc.).

b) Contra justitiam distributivam ex parte principis et magistratus peccatur acceptione personarum, (non autem causarum) in distributione onerum et honorum.

Subditi peccant si contenti non sunt justa distributione onerum et honorum.

c) Contra justitiam legalem peccant gubernatores v.g. imponendo malas leges et injusta tributa, non providendo necessitatibus physicis, non impediendo in quantum possunt mala publica sive physica, sive moralia, tyrannico regimine premendo subditos.

Subditi peccant transgrediendo leges, non solvendo tributa, faciendo rebelliones, eligendo malos deputatos, etc. generatim damnum inferendo bono publico, vel non promovendo bonum publicum uti debent.

d) Justitia vindicativa a iudiciis vel aliis magistratibus laesae si debitas poenas non imponunt. (Pesch, 232-237).

DE VIRTUTIBUS ANNEXIS JUSTITIAE

DE PARTIBUS POTENTIALIBUS JUSTITIAE.

3.Th., 2-2, q. 80.

POTENTIALIA: i.e. quae ad perfectam rationem virtutis non pertingunt, quod dupliciter fieri potest relate ad justitiam.

vel a) quia impossibile est reddere debitum legale

vel b) quia tenetur aliquis tantummodo debito morali.

Debitum legale (ut a lege externa) est debitum tam magnum ut ei ad aequalitatem satisfieri non possit; v.g.

debitum erga Deum (Ps. 115, 12)

debitum erga parentes

debitum erga eos qui vicem Dei gerunt quoad nos i.e. eos qui in dignitate constituuntur.

Virtus (pars potentialis justitiae) qua debitum LEGALE (i.e. quantum fieri potest), Dei redditur = RELIGIO

parentibus = PIETAS

constitutis in dignitate = OBSERVANTIA.

Debitum morale: est debitum tam parvum, ut ejus laesione solus decor moralis laedatur, non vero jus alterius.

Virtutes quae justitiae annexae sunt secundum hoc solum debitum morale revocari possunt ad: gratitudinem, vindicationem, veracitatem, affabilitatem, liberalitatem, quibus addi potest epikeia quae tamen secundum 3.Th. (2-2, q. 80, a. 1) magis ad legalem justitiam quam ad particularem. (Pesch, 233)

DE VIRTUTIBUS QUIBUS REDDITUR DEBITUM LEGALE

(de Religione, vid: infra).

- 1.- PIETAS: aliquando = religio (I Tim. 4,7)
 = misericordia (2 Par. 30,9; Eccli. 2,13)

Hic: est specialis virtus, qua imprimis parentibus ut auctoribus vitae nostrae officium et cultus, tribuitur.

In hac virtute (ut in ceteris ad iustitiam pertinentibus) distinguenda sunt:

Terminus cui: parentes

Objectum materiale: omnis cultus aut obsequium debitum, v.g. (honores, subsidia, auxilia, orationes etc.), objectum formale quod: honestas reddendi hoc debitum; objectum formale quo: ratio principii ortus relato ad pueros.

Unde pietas tunc tantum formaliter exercetur cum debitum a filiis parentibus redditur sub hac ratione, i.e. quatenus parentes sunt principium sui ortus.

Filii non possunt parentibus debitum reddere ad aequalitatem in eodem ordine (i.e. generationem) unde pietas est pars potentialis.

Possunt tamen dare aequivalentem, i.e. vitam suam ad eorum vitam conservandam. Possunt editam recompensare eos per obsequia supernaturalia; sed in his magis elucet caritas quam pietas.

Haec virtus pietatis ex secundo officio extenditur ad proximos consanguineos parentum, - dein ad patriam "secundum quod est nobis quoddam essentiali principium" sed iustitia legalis respicit bonum patriae, secundum quod est bonum commune. (3. Th., 2-2, q. 8101, a. 3 ad 3).

PROBATUR 1: ex Script.

Ex. 20,12; Eph., 6,2,3 in quo "Honora" significat non modo honorem formaliter sumptum sed omne obsequium parentibus praestandum (cf. Mt. 15,3 sqq; Mc. 7,10).

Pietas erga patriam probatur exemplis potius quam verbis. Judith, 8,1 sqq; Esth., 4,16; 15,1; I Mach., 2,1; 2 Mach., 15,14.

Obsequio Dei posthabenda est pietas erga parentes: Lc., 14, 26; Mt., 4, 21 sq.; 1c., 9, 59 sq. (Pesch, 244)

PROBEMUR II: ex PP.

Joan Chrysostomus (In .ph. hom. 21, n. 1; M. 62, 149 sq.).

Augustinus: (De civ. Dei L. 10, c. 1, n. 3; M. 41, 270) 83 quest. q. 31, n. 1; M. 40, 21).

Greg. Mag. (In evang. hom. 37, n. 2; M. 76, 1275 sq.) Pesch, 245.

Cf. praeterea quae notatu digna addit de haec virtute S. Th. 2ae, q. 101, a. 2 ad 2; et a. 4 (Pesch, 246)

N.B. quae dicta sunt de pietate erga parentes carnales, suo modo etiam valent de parentibus spiritualibus. I Cor, 4, 14, sq. I Cor., 9, 7 sq.; Gal., 6, 6; I Tim., 5, 17 sq.

VITIUM pietati oppositum a) Per defectum est: impietas qua peccatur vel missione eorum actuum quos pietas postulat, vel actibus pietati contrariis, ut irreverentia, diffamatio contumelia, frequenti praeceptorum transgressione etc.,

b) per excessum: opponitur vitium quo quis, eos quibus pietatem debet ita colit ut eorum causa religionem posthabeat.

2.- OBSERVANTIA et OBOEDIENTIA:

OBSERVANTIA: potest definiri: virtus quae inclinat ad colendos eos qui sunt nobis principium gubernationis.

Continetur haec virtus in pietate quando pietas dicitur per quandam excellentiam; sed tamen observantia proprie dicta a pietate distinguitur.

Habet enim speciale objectum formale, quod est: excellencia principii gubernationis.

Secundario haec virtus extenditur ad eos qui non actu gubernant, sed propter excellentia dona sua sunt digni et apti ad gubernandum.

Ratione excellentiae principii gubernationis, debetur ei honor; enim est recognito excellentiae alicujus ratione autem officii gubernationis, debetur ei cultus, "dum scilicet aliquis obcedit eorum imperio et vicem beneficiis eorum pro suo modo rependit". S.Th., 2-2, q. 102, a. 1; 1 P. 249.

Observantia habet duas partes subjectivas: dubiam, quae est debiti honoris exhibitio; et oboedientiam.

OBOEDIENTIA: est virtus generalis: quatenus accipitur pro executione cujuscunque, quod potest cadere sub praecepto (et tunc inoboedientia sumeretur pro omissione ejusdem ex quacunque intentione, et esset peccatum generale).

Sed OBOEDIENTIA est etiam virtus specialis, quae sic definitur: virtus inollens ad implendum honestum mandatum superioris, quia et quatenus est praeceptum legitimi superioris.

Objectum formale ejus est: potestas superioris praecipientis.

Ad quod objectum haec dicit S.Th., 2-2, q. 104, a. 2.

"Ratio praecepti, quam attendit oboedientia, concourrit cum actibus omnium virtutum, non tamen cum omnibus virtutum actibus, quia non omnes actus virtutum sunt in praecepto. Similiter etiam quaedam quandoque sub praecepto cadunt, quae ad nullam aliam virtutem pertinent, ut patet, in his quae non sunt mala, nisi quia prohibita. Sic ergo si oboedientia proprie accipiatur, secundum quod respicit per intentionem formalem rationem praecepti, erit virtus specialis et inoboedientia peccatum speciale. Secundum hoc enim ad oboedientiam requiritur, quod impleat aliquis actum justitiae vel alterius virtutis, intendens implere praeceptum; et ad inoboedientiam requiritur, quod actualiter contemnat praeceptum. P. 251.

Potestas praecipiendi primo et principaliter est in Deo, omnium supremo Domino, et omnis alia legitima potestas a Deo per legem naturalem aut per legem positivam.

Potestas praecipiendi potest respicere:

a) Societatem perfectam; ergo bonum commune.

ui hanc potestatem habet potest toti societati

leges dare et secundum leges singulas regere: Potestas jurisdictionis.

b) Personas individuales: vel membra societatis imperfectae potestas dominativa. Datur ut efficiatur subjectio unius ad alterum, quatenus haec subjectio singulis bona est.

c) Imperfecta aliqua et limitata potestas dominativa quae requiritur ad ordinem servandum in societate domestica, vocatur potestas domesticae. Talis est v.g. potestas ejus qui praest communitati sacerdotum, saeculariorum, nullo adstante votorum ligamine. Talem potestatem habent etiam (non solum) superiorissae monialium, superiores religiosorum, etc.

Summus Pontifex habet in religiosos etiam potestatem dominativam.

Porro oboedientia ut est specialis virtus rem aliquam facit, quia res est praeepta a legitimo superiore, praeseindendo per se a specie vel qualitate potestatis, v.g. utrum a potestate jurisdictionis aut a potestate dominativa exigatur. Unde est virtus specificae una. (Lege S.Th., 2-2, q. 104 a. 3, ad 1).

Oboedientia et religio.

Quatenus procedit ex reverentia majestatis divinae oboedientia est actus religionis, quibus Deo res externae consecrantur. Hec sensu dicitur: "Melior est oboedientia quam victimae (I Reg. 15, 22), non quia oboedientia formaliter sumpta est excellentior virtus quam religio, sed, ut ait S. Greg. M.: "Oboedientia victimis jure proponitur, quia per victimas aliena caro, per oboedientiam vero voluntas propria maestatur. (Moral. L. 35, c. 14, n. 28; R. 76, 765).

Unde non oboedientia, ut est specialis virtus, religioni praefertur, sed ipse actus religionis qui in oboediendo exerci solet, aliis actibus religionis praefertur. (I R. 256).

An quis oboedit quando facit rem, non quia est formaliter praeepta, sed quia scit id superiori placere contrarium vero displicere vel minus placere.

Respondendum est cum S.Th., 2-2, q. 104, a. 2) affirmative; quia scit id superiori placere cont

objectum oboedientiae est voluntas superioris, quocumque modo illa innotescat; inno addit S.Th.1.) "tanto videtur oboedientia promptior, quanto expressum praeceptum oboediendo praevenit, voluntate superioris intellecta. (S.Ign.Epist. de oboed.)

(Cf. si vis discussionem aliquam de hac re apud Pesch, n. 258 sqq.)

Quo sensu oboedientia debet esse caeca, ut sit actus perfectus virtutis? - Resp. quatenus supposita practica certitudine de legitimitate praecipientis et de legitimitate praecepti, excluditur prudentia carnalis, i.e. considerationem defectum praecipientis et investigationem in utilitatem rei praeceptae: ...Hoc tamen non impedit, quominus subditus cum debita reverentia rationes in contrarium, si quas sibi habere videtur, superiori exponat semper paratus id facere quod superior, re intellecta, faciendum judicaverit. P.262.

Addas hoc de oboedientia: Ut quis non peccet contra oboedientiam, sufficit, ut opere externo faciat rem praeceptam et intus animo non rebellet contra oboedientia non vero requiritur ut rem faciat praecisse ex motivo oboedientiae. Posset aliquis agere v.g. ex perfecta caritate vel alio nobiliore motivo.

Unde quod ait S. Greg. M.: "Sola namque virtus est oboedientia, quae virtutes ceteras menti inserit insertasque custodit, (Moral. 1.35, c.14, n.28; M.76, 765) hoc intelligendum est de oboedientia ut est generalis virtus, quatenus omnis actus est honestus ex conformitate cum lege divina, et voluntas generalis servandi legem divinam confert ad generandas et conservandas virtutes. "Nec tamen sequitur quod (formalis) oboedientia sit simpliciter omnibus virtutibus prior, quia licet actus virtutis, non attendens ad rationem praecepti". (S.Th., 2-2; q.104, a.3 ad 2) P.264.

PROBATUR I: Ex Script.

I Reg., 15, 22; Eph., 6, 1, 5 sqq.; Mt. 23, 2, 3; Rom., 13, 1; Tit. 3, 1; Hebr., 13, 17; Rom., 5, 19; I Petr., 2, 21; Phil., 2, 8; Pesch, 265.

PROBATUR II: Ex PP.

S.Basilius: (Constit. monast. c.22, n.5; Mt.31,1410).

S.Augustinus: "Nihil tam expedit animae quam oboedire. Et si expedit animae oboedire in servo, ut oboediat domino, in filio, ut oboediat patri, in uxore, ut oboediat viro quanto magis in homine, ut oboediat Deo". (in Ps.70, n.1; Mt.36,891).

S.Gregorius M.: S.Bernardus: (recele Epist. de Oboed.) P.266.

VITIUM oboedientiae oppositum est inoboedientia. Est formalis quando quis non oboedit ex contemptu auctoritatis, et tunc est grave peccatum, etiamsi res praeccepta est per se levis. Si tamen superior vult sui levi tantum obligare et si subditus ideo est inoboediens, quia sub levi tantum obligatur, hic non est formalis contemptus auctoritatis. P.267.

II VIRTUTES secundum DEBITUM MORALE tantum justitiae AN-
NEXAE sunt:

a) Veracitas.

b) Gratitudo, vindictio, liberalitas, opikeia.

Hae omnes virtutes differunt ab aliis virtutibus moralibus eo quod proximum respiciunt. Nihilominus non supponunt in proximo structum jus aliquid exigendi; unde neque per opposita vitia jus proximi laeditur, ita ut restitutio sit necessaria, sed est solum modo defectus decori et honesti (debitum morale) in modo agendi cum proximo. Hoc etiam valet de veracitate; nam si agitur de striote jure postulandi ut verum dicatur non sola veracitas in quaestionem venit, sed virtus justitiae, cujus laesio restitutionem vel reparationem necessariam reddit ut v.g. accidit in calumnia, in falso testimonio coram iudice. P.268.

De his virtutibus cf. 3.Th.,2-2,q.106-111, et auctores Theol. moralis. Pauca tantum dicentur.

a) VERACITAS: (seu veritas moralis) est virtus inoli-
nans ad conformanda verba vel alia signa, quibus aliis mentem
nostram manifestamus, cum interno nostro iudicio de objectiva
veritate rei. Objectum formale ejus est honestas veritatis in
significando, quae multum conuert ad vitam socialem.

Ergo est veritas specialis.

SCHOLIUM.-

Quid de quibusdam mendaciis quae Scriptura laudare videtur, v.g. Ex 1,15 seq.; Judith, 10,11 seq.; 13,14; et praesertim Gn. 27,19,11,12,35.

Quoad 1^{um} et 2^{um} locum respondetur, distinguendo: obstetricas et Judith laudantur a Scriptura propter mendacium, H.

Obstetricas et Judith laudantur a Scriptura propter alios actus ex virtute prodcentes, C.

Quoad Gn. 27,19 nota est explicatio S. Aug.: nimirum facta et verba Jacob fuisse voticinium Messiae futuri et ideo accipienda esse non secundum litteralem, sed secundum typicam significationem (Contra mendac. c. 10, n. 24; M. 40, 533; cf. Breviarium dom. 12 Quadrag., lect. secundae noct.). Quam expositionem S. Thomas recepit (2-2, q. 110, a. 3 ad 3).

*Sed haec expositio, ait Pasch 1273) difficilior est quam difficultas, quam vult removere quia et Jacob et Isaac in illo agendi modo fraudem viderunt (Gn. 27,11). Unde etsi mysterium fuit ex parte Dei; fuit tamen fraus ex parte Jacob. Origenes, Chrysostomus (in Gen. hom. 53, n. 2.3; M. 465 seq.).

Recentes exegetae communiter dicunt Jacob vere mentitum esse. Erat autem veniale peccatum, quia non fecit iuriam; nam jus primogeniturae Jacobi erat, non Esau; et si ipse mentitus non esset, Deus alio modo provisurus fuisset ipsius juris (cf. Cornelius a Lap. in Gen. 27,19) Defectus igitur fuit in Jacob et Rebecca, quod putabant opus esse suis artibus subvenire providentiae divinae.

2.- DIFFICULTAS:

Scriptura docere videtur omne mendacium esse peccatum mortale. V.g. Sap. 1,11; Apoc., 21,8; 21,27; Ps., 5,7. Apoc., 22,15; 3,9; I Joan., 2,22.

Resp.: 1.- Mens S. Aug. In libro de mendacio (c. 6, M. 40, 494).

S. Aug. potest videri p^{ro} omne mendacium pro morta-

li peccato; sed in hoc libro multa non per modum affirmationis, sed per modum disputationis proferuntur, ut ipse s. Doctor ait in Retractionibus.

Dum In Ps. 5 n. 7; (M. 36, 85 sq.) s. Aug. loquitur ut ille qui non tenet omne mendacium esse ex genere suo peccatum mortale. "Duo sunt omnino genera mendaciorum, in quibus non magna culpa est, sed tamen non sunt, sine culpa, cum aut jocamur, aut, ut prolaus, mentimur". P. 275.

Resp.: 2.- Alii Patres videntur admississe mendacium posse interdum esse sine ullo peccato, si scilicet fiat sine injuria proximi. Sic Origenes, S. Joan. Chrys., Hieron.

Huius opinionioni S. Aug. strenue resistit.

Resp.: 3.- Ex script. et ex communi sententia, omne mendacium est aliquod peccatum. Non tamen simplex mendacium est peccatum mortale. Nam "peccatum mortale propria est quod contrariatur caritati, per quam anima vivit Deo conjuncta".

(S. Th. 2-2, q. 110, a. 4) P. 277.

Alia vitia contra veracitatem:

Exaggeratio veritatis: jacontia

Exaggeratio et diminutio: ironia, i. e. sua bona negare et praeter veritatem vilia sibi attribuere.

Mendacium factis, non verbis - simulatio.

Aliquam fingere se esse cum quem se non esse scit: hypocrisis.

Occultatio veri: dissimulatio.

Occultatio veri verbis vel factis quae possunt vel ex se vel ex circumstantiis significare verum et quae possunt significare falsum: amphibologia (restrictio mentalis) P. 279 seq.

b) ALIAE VIRTUTES secundum debitum morale tantum justitiae annexae sunt:

1.- Gratitudo: quae est virtus inclinans ad agnoscenda et retribuenda beneficia ab altero accepta.

Ejus objectum formale est: ratio benefactoris, et ut talis refertur ad benefactorem privatum et beneficia particularia. Vitium oppositum: ingratitude S. Th. 2-2, q. 106, a. 1; P. 282.

2.- Vindictio: virtus inclinans ad ulciscendam injuriam, quando et quomodo fieri debet. (non confundenda cum justitia vindicativa: haec est virtus eorum qui in potestate constituti sunt, illa autem est virtus hominum privatorum).

Vitium oppositum per excessum: crudelitas seu saevitia.

Vitium oppositum per defectum: nimia remissio in pundo.

3.- Affabilitas et comitas: virtus quae efficit, ut conversatio cum proximo per externa dicta et facta sit talis qualis docet, et consequenter grata.

Objectum formale ejus: honestas in eo apparens quod conversatio vita socialis foveatur et sit jucunda.

Vitium oppositum per excessum: adulatio

Vitium oppositum per defectum: merositas

(3.Th., 2-2, q. 115, a. 2) P. 287.

4.- Liberalitas: virtus inclinans ad elargiendas divitias seu res externas in alios secundum dictamen rectae rationis fide illustratae.

Distinguitur a justitia: quia non procedit a ratione debiti.

Distinguitur a magnificencia: " " ex motivo magnitudinis alicujus operis.

Distinguitur a gratitudine: quia elargitur bona simpliciter quia honestum est ex divitiis suis cum aliis communicare.

Habet similitudinem cum justitia commutativa: quia et versatur circa res exteriores.

Habet similitudinem cum temperantia: quia temperat concupiscentiam divitiarum.

Vitium oppositum per defectum: avaritia

" " per excessum: prodigalitas

(3.Th., 2-2, q. 118, a. 5) P. 289.

5.- Epikeia: seu aequitas: virtus inclinans eos qui debent leges administrare, ad applicandas leges secundum spiritum legis contra verba legis.

Haec virtus ad justitiam pertinet ratione materiae, sed ratione actus pertinet ad illam singularem prudentiam quae vocatur gnome et distinguitur a synesi.

(Cf. Scholion II th. IV, p. 3 et Notae de Clementia, p. 30)

SCHOLIUM:

De misericordia. Est virtus inclinans ad sublevandum aliorum miseriam ex compassione.

Objectum ejus remotum: sunt miseriae alienae;

Objectum proximum: actus quibus miseriae levantur,

Objectum formale: honestas quae cernitur in efficaci compassione.

Quidam ad justitiam referunt misericordiam. S.Th. et alii eam adjungunt caritati. (2-2, q. 30) Suarez dicit eam esse specialem virtutem caritati annexam. (De car. disp. 4, sect. 2, n. 4).

Potest justitiae annecti; quia respicit proximum, cui aliquid faciendum praecipit ex debito morali:

haec virtus per se est in voluntate in parte autem sensitiva eatenus tantum quatenus haec subest directioni rationis.

Opus externum misericordiae vocatur elemosyna. P. 292.

DE RELIGIONE cf. S.Th., 2-2, q. 81; Pesch, nn. 293-426, Auct. theol. moralis, etc.

SCHOLIUM ULTIMUM relate ad SCHOLIUM I thesis IV^{ae} p. 3. "Ut probabitur postea..."

Probato probabilius quod sint quattuor virtutes morales, supernaturales scil. prudentia, fortitudo, temperantia, justitia, quaestio ponitur:

Utrum omnis virtus supernaturalis sit infusa?

Seu, aliis verbis: an possunt duae virtutes, quarum una esset naturalis, alia autem supernaturalis, idem objectum formale habere.

N.B. - Quaestio ponitur v.g. relate ad cognitionem revelationis

Plurimi negant: Suarez, Mazzella, Pesch, Thomistae recentiores, et probabilius S.Th., 1, 2, q. 63, a. 4; 1, 2, q. 109, a. 3 ad 1;

Affirmant alii: Molina, Cominck Lugo, Ripalda, Merc.

Mendive, Billot, Lahoussè, Palmieri, Schiffini, van der Heersch, Huarte, De Gratia, prop. 8. - Dom. Soto.

Prima sententia defenditur ut probabilior.

Probabitur: ex ratione probabiliori

Oportet effectus esse proportionatos principiis suis.

Atqui, effectus supernaturales (quales sunt virtutes cardinales prudentiae, fortitudinis, temperantiae, et iustitiae de quibus nos agemus) non sunt proportionate principiis acquisitis viribus more naturalibus.

Ergo.

Tum major tum minor videntur stare ex Philos.

Cf. S.Thom., 1-2, q. 63, a. 3.

Fesch, De Virt. n. 44,

Muante, loc. cit.

L. D. S. & H. I.